TOMVS DECIMVS
OCTAVVS REI
POLONARVM
ANNORVM
1747
1748

Rkp. 6563.

Caisse XVI.
N. 1.

33

1547

I

Tomus decimus nonus legationum responsorum literarum rerum que regiarum

Sigismundo primo: rege Polonie imperante: Samuele Maciejowski epo Cracouien, Cancellariam gubernante. actarum, dictarum, scriptarum & consultarum.

Per me Stanislaum Gorski Cracouien et Plocen Canonicum collectarum.

Continet annos 1547.
.1548.

Biblioteka Jagiellońska

14

Annus Domini 1547

Primo anni domini 1547 indictus fuit Conuentus regni generalis Cracouie pro Dominica Reminiscere. Ad quem tris infrascriptis Senatus commoratus fuit

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliarijs regni sui maioribus

Rde in Chro pr
Magnifice : Sincere nobis dilecte. Proximis superioribus Comitijs, qne acta, qneqz in statu Regni nostri rationes re: licte fuerint tenet procul dubio memoria S.tas tua ita enim ab illis discessu est vt defendendi regni nulla fuerit solida ratio constituta : ex quo factu est, vt cum Tartari vacuas esse presidijs Regni dictomqz nrarum fines animaduertissent, ingentem illis vastitatem in excursio: ne intulerint, et hominu et pecorum magna vi abacta, non mediocri nostra et Polonorum nominis totius ignominia, hominu vero nrorum damno incredibili: quorum id cul: pa acciderit : in opinione S.tne relinquere, qua in Epistola nra ponere malimus : a nobis certe facta sunt omnia : omnes vt intelligerent nos ex animo Re: gni nostri rationibus prospectu voluisse, atqz omnes mo: dos quesiisse quibus reipub. ce succurri et impende: tia Regno pericula propulsari, aut saltem declinari possent : sed factum est temporum iniquitate vt tanto studio tot sumptibus etiam nostris quantum profecerimus nos vehementer pudeat : Neqz tamen ideo de cura nra Regni nostri rationibus prospiciendi quicquam nr̃imus remit: tendum. Nam quid nostrum a nobis exigat officium non su: mus immemores : tantoqz maior apud nos defendende reipub. ce cura exurebat, quanto magis pro eo usu rerum quem etas nra grandior nobis attulit animo perspici: mus, haud aliter quasi oculis cerneremus quid illam nisi mature prospectu sit pericula maneant. folia em proximis istis superioribus Mensibus cecidisse videntur ne paulo post arbores etiam cadant et sua nos exim: proviso ruina opprimant, ingens esse discrimen vide: mus. Nos porro facimus omnia et facturi etiam de: inceps sumus, vt planum sit omnibus nos officio nro non defuisse. quare vtcumqz nobis superiorum anorum aliquot Comitia cesserunt : etsi spe nra frustrati

Fet alia gnalia in Cuntati Cozgiu fe^a v^ta post dominica Septuagesime.

nondu tamen defatigati in hmc gnogz annu adicen: da esse Comitia maiora adiximus ita vt adicimus pntibus Cracouie ad diem Dominicu Remiscere, gne minora precedent in Prosznowicze feria secun: da post dominicu septnagesimes. Quamobrem hortam Stem tnam vt ad minora primu deinde ad genera: lia Comitia se conferat: atgz audita Nuntii nostri Legatione, vna cum aliis Nuncios eligat, qui ad ma: iora Comitia proficiscantur: viros graues: prudentes, publice non priuate rei studiosos, qui plena et non limitata habeant potestatem, cum his deinde ad nos ad maiora Comitia veniant vna nobiscum et cu aliis Regni nostri Senatoribus deliberatione suscepturа: quemadmodu Regni nri rationes constitui et impendentia Regno pericula propulsari queant: Volumus autem vt sm ad nos aduentu maturet ac diem Comitiis constitutu obeat ad quem nos implo: rato Dei auxilio nemine expectato Comitia omni: no decreuimus inchoare. Factura nobis rem gratam. Datu Cracouie xij Decembris. Anno dni M° D xl vi. Regni vero nri xl.

Sigismundus primus Rex Polonie Moribus Consiliarius regni.

Sigismundus. Generose fidelis dilecte. Cum fines re: gni dominioru gz nroru ex Tartaroru incursionibus non paru detrimenti proximis superioribus Mensi: bus acceperint offitii nostri esse duximus prouidere, ne vel emsmodi aliqid deinceps accidat: vel grauio: us etiam aliqid quod absit Regno ditionibus gz no: stris eueniat: ob eam itagz rem maiora Regni nostri Comitia Cracouie ad diem proximu Dominice

Remiſcere qnē minora de more precedent in Proſſo-
vicſe feria tertia poſt dominicā Septnageſimē, et alia
generalia in noua Ciuitate Coreſin feria qrnta
poſt dominicā ſeptnageſimē. Mandamuſ itaqꝫ f.tnē
vt omnia iſta Comitia ipſa obeat ac primū qmidem
in minoribuſ Comitiis audita Nūtii noſtri Legatio-
ne vna cnm relignis Conſiliariſ et qui ex eqneſtri
ordine preſto adfuerint. Nūtioſ cnm plena et non
limitata poteſtate eligat viroſ graueſ, idoneoſ, pnb-
lice magis fidei quā priuatē rei ſtudioſos, atqꝫ cnm hiſ pri-
mū ad generalia: deinde vero ad maiora Regni
noſtri Comitia veniat: ibi nobiſcū vna de impen-
dentibuſ Regno nro periculiſ deliberationē ſuſce-
ptura, qnemadmodū ea (deo nobiſ graciam ſna
ſuppeditante) declinari qneant. Facturа pro offi-
cio ſno et gracia nra. Datū Cracouiē die xij De-
cembriſ. Anno dñi M D xl vij. Regni vero
nri xl.

Sigismundus primus Rex Polonie Nobilibus Regni

Nobilis fidelis dilecte. Poſtulant hoc regni noſtri rones
vt Comitia edicamuſ in qnibuſ conſultatio haberi
poſſit qnemadmodū qnē impendent illi pericula
ea propulſari poſſint. Ediximuſ itaqꝫ Comitia ma-
iora Cracouiē ad diem proximū dominicē Remi-
niſcere qnē minora precedent alia in Proſſonicē
feria tertia poſt dominicā Septnageſimē: alia gene-
ralia in noua Ciuitate Corczin feria qrta poſt
dominicā ſeptnageſimē. Mandamuſ itaqꝫ f. tnē

vt ad Comitia minora ista proficiscatur atq; in his nūtios eligat vna cum Regīe nr̄i Consiliariis et aliis ex ordine equestri viros graues prudentes: publice non priuatē rei studiosos cum plena et non limitata potestate: qui ad Comitia Regīe nr̄i maiora venien nobiscū vna cum Regīe nr̄i Senatoribus de his rebus deliberationem suscipiant quē ad cōmodū Regīe nr̄i pertinere videbuntur. facturi pro gracia nra. Datū Cracō die xv Decembris. Anno dñi M D xl vi. Regīe nr̄i xl.

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis Regni

Generose fidelis n. dilecte. Postulantibus rationibus regni nostri Comitia maiora Cracouie ad Dominicū diem Reminiscere proximū habere instituimus: quē, minora in Prossowice feria tertia post dominicā Septuagesime et generalia in noua ciuitate Corczin feria quinta post dominicā Septuagesime proxima pro more precedent. Mandamus itaq; S. tē vt tam maiorem quā minorem generalē diem voce precomis in locis pub.cis promulgari: ac lras quarū fascienlū f. tē mittimus his quibus inscripte sunt: quē vero inscripte non sunt precipuis ex Nobilitate prefecturē f. tē inscriptas reddi faciat: ipsa etiam Conuentibus istis adsit: detq; operā vt in eis Nuncii viri graues publice rei non priuatē amantes ad maiora Comitia cum plena et non limitata potestate a Nobilitate eligantur. Facturi pro officio suo et gracia nrā. Datū Cracō die xv Decembris. Anno dñi M D xl vi. Regīe vero nr̄i xl.

Sigismundus .i. Rex Pol
Credenᵃ ad Conuentus

Vniuersis et singulis prelatis tam spnalibus q̄ secularibus: Baronibus: Palatinis: Castellanis: dignitariis: officialibus: et vniuersē Nobilitati in Conuentu N. congregatis sincere et fidelibus dilectis grām nrām Regiam. Sincere et fideles dilecti. Mittimus in medium S.tm et f.tm vrārum hmōi pntium exhibitorem generosum cui dedimus in mandatis quo S. et f. vris de iis rebus de quibus eas in medium consulere volumus. voluntatē nostrā et mandata referat: quocirca hortamur S. et f. vras vt eum diligenter audiant verbisq3 eius hand alr atq3 nris fidem habeant indubiā: ac ad ea exequenda omnia studia et voluntates suas adiungant. Factum pro officio suo prosq3 gracia nra. Datum Cracouie .xv. Decembris. Anno dmi M.D.xl. vi. Regni nri. Anno xl.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Conuentus particulares.

SAlute dicta et gracia nra ℔risq; fidei redditis. Nuncius noster in hunc modu verba faciet.

Quę sunt acta proximis superioribus Comitiis: quę Cracouię habita sunt non dubitat S. M. Regia quin ea d.nes vrę memoria teneant, cum partim ipsę ptes adfuerint, partim ex Nuntiis ad ea missis posteaq; reuersi sunt cognoscere potuerint.

Facta sunt omnia a S. M.te Regia, vt omnes intelligerēt nil ab ea pretermissu esse, quod ad constituendas regni rationes, et quę illi impendent pericula propulsanda pertinere viderentur, quis sit et ętate et valetudine affecta: multos tū refugit labores quos quidem ferre posset Reipub.cę causa: neq; valetudinis sue ullā esse duxit habendā rationem: dum qua posset rōne rationibus reipub.cę subuenire, erga quā tanto studio ferebatur vt illius salutem sue ipsius saluti anteponendā esse putaret.

Sed nescio quo facto accidit vt omnes M.tis eius conatus qui non alio q ad regni incolumitatem conseruandā spectabant, irriti caderent: ita eni discessu est ab illis Comitiis vt defendendi Regni nulla certa ratio cōstitu: erretur, quod visu est quasi pro derelicto haberi omni prorsus humano presidio destitutu.

Quę sint inde incōmoda consecuta, ipso etiam rumore authore, do: vrę procul dubio iam cognouerunt. Etenī sempiterni hostes, nri Tartari, cum fines nros esse presidiis animaduertissent, collecta manu latronū atq; irruptione facta, et hominū et pecorū multa millia abduxerunt, et in suā ditionem abegerunt

et illarū terrarū vnde predē ista acte ſmt grauī calami-
tate et totius Polonī nominis insigni ignominia.

Qui q̄ longius progressi non ſmt diuinē ascribendū est cle-
mentiē: licuit enim illis in pacatiora Regni loca pro-
gredi, cuius omnis cura in proximis superioribus Co-
mitiis abiecta, per quos tū potius q̄ ipsa Regiam
M.tem esse videbatur: quis em eorū impetū prohibe-
re potuisset, cum qui defenderet milles nullus esset
conscriptus, cum vnde conscribi posset ratio nulla
in Comitiis esset reperta.

Sed quē accidere nt ferenda adhuc ſmt. folia em mō
cecidisse videntur. q̄ est periculū nisi maturē prospe-
xerimus, ne quando posti arbores etiam in nos cadāt:
ne maiores ex improuiso calamitates nos opprimant,
q̄ quibus ferendis esse possimus pares. Quē facta ſmt
a Tartaris maioris cuiusdam iussu et authoritate fa-
cta esse dicuntur vt sint hæc initia predæ et quasi
præludia grauiorū malorū quē hand dubie nostris
impendent ceruicibus.

Etenim quis hostis non alia magis in re q̄ vt euertat
omnem reip.cæ Christianæ: vt memoriā etiā Chris-
ti nominis omnem aboleat curas cogitationesq̄ suas
omnes consumit: is nullo vnq̄ tempore parem habu-
it opportunitatem cogitata sua perficiendi atq̄ nūc
nactus esse videtur.

Nam qui sit reip.cē Christianæ nūc status non ignorāt,
d.nes vrē: Vnde presidia dubiis in rebus nris aliqn.o
sperabamus, eos ita affectos nūc videre licet, vt ne se
quidem ipsos seruare possint, tū abest vt nobis periclitātibus
presidii aut subsidii potius aliquid adferre possint.

Quam diu saluu fuit nuper florentissimum Hungarie Regnu licuit nobis animo esse magis otioso et securo. in illo enim non temere multum presidii constitutu habebamus. quod esse Regni huius propugnaculu quodda et antemurale visum est. Nunc quorsu receciderit ta locuples nuper regnu: in quoru potestatem peruenerit: quibus calamitatibus prematur: neq ego cómemorare: neq vos audire sine lachrimis potestis: et est res notior q vt refricando cómemorádo, vestigatu dolorem nostru oporteat. Neq vero virtute magis et robore hostiu periit Hungaria q odiis intestinis, q simultatibus multis, que semper exitio Regnis et rebus pub.cis fuerunt. Itaq nihil est quod opis aliquid ex eo finitimo nobis regno speremus, quòd nram opem toties frustra imploraunt, et eo nunc loci redactu est vt preclare secum actum iri homines illi existimauri sint: si reliquias afflicti et calamitosi regni sui cósuaue, vt eas quacunq tandem ratione tueri possint, qua ad rem ipsi potius finitimoru egent auxilio q vt ferre presidiu aliquod finitimis queant.

Aliqua etiam ex Germania spes affulgere visa est uerum illius quoq status nunc est miserabilis. qui externis armis vinci non posse videbatur ea nunc suis concidit, ac tantas sustinet calamitates, vt post hominu memoria grauiores unq vix tulerit (heu quo miseros duxit discordia Ciues. Huius ergo vicinitate non est quod nos admodu iuui confidamus. qui eo loco est vt vix salus ipsa. eam seruare possit.

Ex altera vero parte finitima nobis Valachia quale se gesserit erga nos, non esse quenq puto, qui sit nescius, plus ex ea semper incómodi regno huic q

cómodi licuit expectare. Nunc si maxime velit, quomodo tame
sui uiris non est, presidii nobis aliquid adferre non potest.
Nam in cuius potestate sit, ex cuius mutu pendeat scimus.
Huc accedit q diuisu est illius impeziu. Cum em legittime
successerit Petro Waiuode filius: est alius qui eu ex impe-
rio deiicere collecta manu militu conatur. Ingens itaq
periculu est duobus istis inter se armis decernentibus ne
tertius prouintia uniuersam occupet: quem grauem et
prorsus intollerabilem uicinu simus habituri quod omen
procul auertere pro sua magis clementia q pro nostris
meritis dignetur.

HAbetis ergo iam quę spes nobis collocanda sit in finitimis
circum quaq populis; quos tam misere affectos esse vi-
detis omnes, ut non modo non sit aliquid ab eis opis ex-
pectandu: uerum nisi Deus illos oculis misericordię sue
respicere sit dignatus, certus eos maneat interitus. horu
ergo fidutia nihil est quod segnes esse uelimus, quin potius
si unq antea nunc omni cura nobis est prouidendu ne nos
ex improuiso hostes nostri opprimant: soli enim sumus:
neq est alius in quo spem nostra et fiduciam defixam ha-
bere possimus, preter unu Deum, qui nisi propugnationem
nostri susceperit, idonei ipsi non sumus, qui tam grauia
pericula que nostris ceruicibus impendent, nostris ipsi
uiribus propulsare queamus.

Atqui hunc grauius indies offendere nequ intermittimus ut
metuenda nobis sit grauis illa prophetę cóminatio. Iniqui-
tates uestre diuiserunt inter uos et Deu uestru, et pecca-
ta ura absconderunt faciem eius a uobis, ne exaudiret.
Manus enim ure polute sunt sanguine, et digiti uri iniqui-
tate: labia ura locuta sunt mendaciu, et lingua uestra
iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitia: neq
est qui iudicet uere.

10

Toties iam admonuit S. M. Regia vt ratio inueniretur qua
prouideri posset, vt minus multorum sanguine manus po-
luerentur: et quidem frno sanguine, qui clamat in caelum,
et vindictam expetit, sed quantum profecerit, M. tem eius
vehementer paenitet. Nichilo enim nunc remissius q̄ ante
cedes finunt. Fuit et illud per. S. M. Regiam saepe propositum
vt simul et hoc prouideretur quo minus multi falsum testi-
monium dicerent: maxime vero a periuriis abstinerent
quae frequentari dicuntur dum in praestando iureiurādo
non ea quae deberet religio adhibetur sed haec quoq; in
re tantumdem quantum in priore illa profectum est. Nam
in iuramentorum praestatione nūc nihilo maior q̄ ante
fuit religio. Quoniam vero de judiciis quoq; multi que-
sti saepe sunt: de iis quoq; non semel iam rationem in-
ueniri M. tas sua postulauit qua fieri posset vt vere
iudicaretur. Nunc vero querimoniae non minus crebrae
sunt de judiciis, neq; via vlla excogitata est qua que-
rimoniis istis finis imponi posset. Ita fit vt non modo
non placetur Deus, verum magis etiam indies peccatis
nostris ira eius prouocatur, quo maior nobis sit pla-
ga metuenda. Jam enim securis ad radicem posita
esse videtur.

Vndique nos magna circumstant pericula. Qui nūc non
ita magna manu in Regni fines irruperunt, ij dicun-
tur omnino maioribus instructi copiis proxima aesta-
te reditури, quandoquidem est alius hostis potentior
cuius id mandato facere dicuntur, qui et ipse pericu-
lum est ne nactus hanc opportunitatem, se quoq; cum
valido exercitu in Regnum immittat, non sine graui
periculo nostro.

Porro quem nūc sibi Valachi dominum elegerunt is

postqua firmauerit ſmperiu ſnu, cnm ſit homo adoleſcens
qui paulo momento hnc illnc impelli poteſt, ne et ipſe
vt eſt dulce bellu inexpertis, moms alignos excitet metuen:
du eſt, ad qnam rem ſi minus etiam ipſe animo eſſet pro:
penſo, ſimul vt tamen ſignu dederit is in cniuſ fide eſt
et poteſtate, imperata faciat neceſſe eſt.

P Ruſſie qnoq; terre non ſmt ab hoſtiu impreſſione ſecnre.
qmbuſ qui electus eſt ordinis Mgr. plurimu inbiare ferme.
T Sed et cnm Sileſiis non optime nobis conuenit, a qmbuſ
qne multis hominu nrorn illate fnerint iniurie nondu
ſmt penſate.

Ex omni itaq; parte procelle nobis et tempeſtates impendet
qnaru ſedandaru vt ratio aligna inueniri poſſit. S. M.tas
Regia Comitia adixit maiora.

D.nes vras hortatur vt diligenter ſecum repntantes qnta
nos hoc tempore pericula maneant tales Nmchios eli:
gant qui omni priuate rei cura abiecta ſolius reipnb.ce
rombuſ conſulant: ac una cum Regia M.te cumq; Se:
natoribuſ regni et aliaru terraru Nmchiis deliberent:
quemadmodu ſuccurri periclitanti Regno queat: quod
vt cum maiore cómodo Regni reiq; pnb.ce preſtare
poſſint, plena eis et non limitata poteſtatem concedi
poſtulat. Cumq; ſeriuſ q. pro more Comitia ſint adicta
vt ſemota qnauis cunctatione ad prefinitu Comitiis
diem veniant hortatur.

12

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis. Capitaneis. Nobilitati Prussie. pro contributione Ducillarii

Mág^cis generosis: Nobilibus et famatis terrarū nostrarū Prussie: Consiliariis: Prefectis: Nobilitati et ciuibus ceterisqz ordinibus subditis nostris grám nrám Regiam. Cum instet iam festum sancti Andree ad quod collecta ex Cervisiario tributo quam Accisam vocant pecunia in ararium pub.^cum in arcem nrám Marienburgen inferri debet. Mandamus S.^bus et f.^bus vris vt quę per eas collecta est hoc nomine pecunia eam nihil morando in arcem nram Mariéburgen defferant iuxta constitutionem in proximis Comitiis Mariéburgen factam adseruandam. Pro gracia nra alr non facturi. Datū Crac.^æ xxv.^a Nouembr. Anno dm.^i M D xl v. Regnorum nrorum anno xl.

Rex Consiliariis Regni.

Similes lre scripte sunt a Rege ad Epos et ceteros Consiliarios secularis regni vt pecunia in eorū bonis ex Czopowe collecta ad Thesaurū regnū comportari curent.

S. Rex Pol. Capitaneis Regni

vt Czopowe ad Thesaurum afferant—

Quandoquidem annus iam prope modum circumactus est cum superioribus anni Comitiis ducillare tributū cui omniū Senatorū Consilio institutū sit. Mandamus ſtne vt omnem pecuniā quam ex tributo hoc in prefectura sua ſta coegit fisco nro sine vlla mora inferat.

12 h.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Friderico duci Saxonie.

Illme Princeps et domine affinis noster Charme. Bellum
istud plusq3 civile, quod in Germania nunc geritur, cer:
dibile non est, quantam animo nro molestiam adferat. Vi:
demus enim quantum ex eo periculi, quantum etiam
ptentis calamitatis, ad vniuersam reipub: Christianam
prouenerit. Quare vehementer cupimus, vt ex ciuili bel:
lum hoc optata pace mutetur, quam ad rem operam
etiam nostram profitemur, quemadmodum ex aliis lris
nostris ad se scriptis Illtas vestra cognoscere potuit, ad
quas responsum in horas expectamus. Caterum qm
exercitus nunc isti non procul abesse dicuntur, ab Illmi
do: Joachimi Marchionis Brandeburgen Electoris etc.
filii nostri Charissimi finibus, hortamur Illtem vestram,
atq3 ab ea pro mutua inter nos coniunctione postulamus,
vt milites suos in officio contineat, neq3 vagari longius
ac Illmi generi nri terris detrimenti3 adferre aliquid
patiatur. ne non modo ipsius Illti. Sed nobis etiam in:
stam causam prebeat, par pari referendi. Nam si qua
Illti eius iniuria facta esset, eum haud aliter vindica:
turi essemus q3 si nobis ipsis facta esset. Quamobrem
etiam atq3 etiam ab Illte vestra postulamus, vt omni cura
prospiciat, ne quam occasionem det, tum nobis, tum
Illmo filio nostro, cui inde separatim à nobis accidere possit
duriora aliqua consilia contra Illtem vestram capiendi.
Cuius nos amicitiam modis omnibus retinere malemus.
quam iusto aliquo dolore prouocati, secus q3 absit de ea cogi:
tare. Datis Cracouie iij Februarii. Anno dni M°D°XLVII°.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni de Tarnow Castellano Crac exercitum Regni Polonie Capit.o

In omnibus terris Prussie, non iis modo quas iure fendi possi: det Stt. Do. Dnx. Sed que a nobis quoq; possidentur vehemen: ter trepidatur, propter foelices dos Cesarei ultis successus. inter cuius exercitum, et terras Prussie nihil iam inter: iacet preter solam Pomeraniam, que impetum illius retardare non posset. Metuunt itaq; sibi à designato ordinis Mgro, qui non aliam obrem Castra Cesarei ultis sequitur suo sumptu, q̃ quod Prussie terris inferat. Petunt mitti Legatum ad Cesarem ultem, qui persua: dere illi conetur, vt contra Turcos arma sua victricia convertat, et simul edoceatur quorsum cogitet cum exercitu suo. Alterum Legatum ad Illmum Do. Electorem Brandeburgen, qui aperte declaret, renun: ciatum esse nobis, quòd Mgr quidam Ordinis desi: gnatus, Prussie terris inferat. atq; vna scrat nostra: ras nostras Prussie, et Principem Vasallum minime defecturos, sed omni ope nostra cum adiuturos, etiã externis auxiliis accersitis, si nos ita postulet. Petat simul vt commoda aliqua ratione, suo tamen non nostro nomine, proferenda sint ad Cesarem ultem quod, vt de responso illius certiores nos reddat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni de Tharnow Castellano Crac
Exercituum regni Polonie Capitaneo

Joachimo Marchioni Brandeburgen
Electori Generoso suo
Sigismundus primus Rex Polonie

Accepimus ternas Illtis vestre literas, quibus ordine re:
spondebimus. Primis hortatur nos, vt etiam si semel nobis
parum successit, mittamus nihilominus Legatum iterum
nostrum, qui pacem inter Imperatoriam Mtem et Principes
conficiat. Qua de re cum antea quoq3 scripserit ad me Illtas
vestra, simul et Illris dominus Albertus Marchio Brande:
burgensis in Prussia dux, Nepos noster Charissimus, feci:
mus è vestigio lectis illius litteris, vt nostrum ad Regiam
primum deinde Imperatoriam Romanorum Mtem cubicula:
rium mitteremus, per quem diligenter scripsimus ac magno
studio petiimus, vt Imperatoria Mtas principes istos in gram
recipere dignaretur, ac quo facilius id impetrari posset,
autoritatem apud Mtem eius suam Regia Romanorum Mtas
interponere ne grauaretur. Simul illud significauimus,
si secum agi de hac re Mtas eius pateretur, nos cognita
prius principum voluntate, quibus conditionibus in gram
se recipi vellent, Legatum nostrum missuros, cuius opera
pax et tranquillitas Germanie restitui posset. In hanc
fere sententiam cum ante sesquimensem et Imperato:
rie et Regie Romanorum Mti scripserimus, nondum cubi:
cularius noster redijt quem in horas expectamus. Sed
et Principes literis nostris hortati sumus, vt postulata:
mis de reditu in gratiam cum Cesarea Maiestate po:
cius cogitarent, quas litteras cum Illtri domino Al:
berto Marchione Brandeburgensi in Prussia Duci
nepoti nostro charissimo misissemus, vt eas ad Principes

preferendas curarat, neqꝫ ad illas responsi quicquam adhuc accepimus, quod primumqꝫ ab utraqꝫ parte fuerimus consecuti, quid sit praeterea nobis agendum non videmus. Verum ubi responsum utrinqꝫ acceperimus ex re nata consilio capto omnia faciemus alacri animo, quae ad pacem constituendam pertinere videbuntur, quicquid autem per nos actum fuerit de eo Illtem vestram minime fumus celaturi.

Secundis literis reddit nos Illtas vestra certiores de bello quod in Saxonia finitima Illti vestrae provincia gerit, degꝫ nigentibus copiis ab utroqꝫ Principe collectis; ac metuere se scribit ne quid mali terris suis eveniat propter vicinum malum. Quamobrem a nobis petit ut mandemus Magco Andreae Comiti a Corka Castellano Posnaniensi et maioris Poloniae Capitaneo generali suae re nobis dilecto, caeterisqꝫ finitimis Illti vestri arcium et oppidorum nostrorum praefectis ut quanta maxima vi possint praesto adsint Illti vestrae simul atqꝫ signum illis dederit segꝫ si quod simile, quod absit, periculum regno nostro impenderet idem facturam polliceatur. Nos pro arctissima necessitudine quae cum Illte vestra nobis intercedit, nullum ni nobis amantis liberorum suorum patris officium reginae patiemur. Sed cum nitantur regni Comitia, quoniam non communicato cum Senatoribus nostris consilio, tanta de re statuere aliquid nobis non licet, nisi ijs ea de re consultationem habebimus, ac omnes vias persequemur quibus Illti vestrae si res postulaverit, succurri possit. Hoc quidem tempore, quando quidem neutram partem offendit Illtas vestra, nullum ei periculum creatum iri confidimus, ut mora exigua nihil ei detrimenti sit allatura. Interea tamen ad utrumqꝫ principem literas dari iussimus, quibus

ab vtroq; postulamus vt promideat, ne quam exercitus isti
Illtis vestræ terris calamitatem afferant. Nam si quid
eiusmodi Illti vestræ acciderit, perinde id nos molestè la:
turos, et æquè Illtis vestræ atq; nostram iniuriam vin:
dicaturos. His litteris profectum iri nobis aliquid apud
vtrumq; principem nobis affinitate coniunctum non dubi:
tamus.

Nouissimis suis postulat à nobis Illustritas vestra, vt
bona fratrum Loysiorum omnia siue mobilia sint siue
immobilia pignerari siue arestari iubeamus, q ij ingen:
tem certis nominibus pecuniæ summam Illti vestræ debe:
ant. Quam non ignorare putamus, qui contraxerat
cum Illte vestra Stephanum Loysium, non esse nostræ,
sed Illris domini Ducis Stolpen iurisditioni subiectum.
Nobis itaq; non licet vt de eius bonis vllo non conuictum
aliquid statuamus, qui neq; an habeat aliqua in regno
nostro scimus. porro quod fratres eius attinet. non modo
num debeant aliquid, sed ne id quidem nunc contra:
ctum vllum aliquando cum Illte vestra fecerint explo:
ratum habemus. Quod si filius non portabit iniquita:
tem patris, multo minus frater fratris. Quamdiu
itaq; nobis non constat eos qui subditi nostri sunt aliquid
cum Illte vestra contraxisse, aut ni contractum per
Stephanum factum consensisse. non videmus quo iure
a nobis fieri possit, vt hac ni eos sanctitate vtamur.
Quod si maxime consensus eorum ad contractum
accessisset, prius tamen iure eos convictos oportuerit,
q; ad hanc tam duram illis rationem peruenirete. Nos
enim ignorat Illtas vestra, quorum mercatorum bona
pignerantur, eos de fide sua statim ni dubium et in for:
tunarum suarum omnium ingens discrimen venire. Hac
ergo calamitate nos afficere subditos nostros, non modo

inec connictos sed ne vocatos quidem ni ius ꝗ futurum esset ab officio Christiani regis alienum, ipsa secum Illtas vestra reputet. Quare cum qui contraxit cum Illte vestra, Stepsanus Illris domini Ducis Stolpen, subditus sit, nostrum consilium est, vt ab eo ius contra eum sibi dici postulet. Quod si vero ni eadem causa sunt duo ciuitatis nostre Gedanensis ciues, atq ita animo Illtis vestre insederit, vt eos pcius ꝗ Stepsanum qui contraxit iudicio conueniat, coram suis iudicibus cum eis experiatur licebit. Nos vt semota qualibet cunctatione, qua iusta fuerint. Illustritas vestra obtineat omnia, auctoritatem nostram regiam libenter interponemus. Sunt fratres ipsi copulatos, neq ea conditione vt bona eorum pignerari oporteat, qui non modo in ciuitatibus multa, sed fundos etiam & pradia non pauca possident. ita vt suspecti esse de fuga non debeant. Vt autem ipsa in causa sua Judex sit Illtas vestra contra eos qui illius iurisditionis non sunt nobis non videtur. Nam si cum alio quopiam contraxisset, fortasse id fieri licuerit. cum autem alieni subditi sint, aequum non est vt contra alienos et actoris et iudicis officio fungatur. Quare remittendos illos ad forum competens omnino censemus. quamlibet enim iuste iudicare voluerit Illtas vestra, non tamen ea suspitione liberabitur, q̃ sue causse non plus aliquanto faciet. Datum Cracouie 4 Februarii. Anno dñi 1547. Regni vero nri xlj°.

Sigismundus primus Rex Polonie: pater. Sigismundo Augusto Regi Polonie.

Sr̃me etc. Attulit nobis istinc Gubienlarius noster lr̃as Mt̃is vestre, quibus ea nobis scribit, quanto gaudio affecta sit, et quam studiose vota Deo. Opt. Max. persolverit, pro vestr: tuta nobis sanitate. Non dubitamus eam impense et ex animo gaudere quando nec ipsa alium habet prem, nec nos alium filium, vicissim autem optamus vt Mtas vra diu salua sit et incolumis et prospero rerum successu sr̃ fruatur. Nos quid Deo grã nunc bene valemus, nisi quòd nuper nobis mamus de: fluxu quodam affecta est aliquantisper. Venerunt huc nudinis tercijs Oratores Valachi cum centum plus minus Equitum comitatu, ea quidem spe, vt si nos minus recte valeremus, apud Mtem vram legatione sua defungerentur. Existimabant enim eam se hic reperturos esse. Sed neq; Mtem vram reperierunt, neq; in conspectum nostrum, propter mam nostram affectam admissi sunt. Itaq; consiliarijs nr̃is q nobis hic ad manum sunt, mandata Palatini sui exposuer̃t. Quorum sententiam vra Mtas ex adiuncta charta cognoscet. Vellemus autem vt nobis Mtas vestra sententiam suam describat, quomodo eis respondendum esse censeat. Et quamuis tenere eos diu propter sumptuũ magnitudinem nobis non expediat. retinebimus tamen aliquandiu, si forte ad tempus nobis Mtis vestre responsum apportetur, vt ad id responsum nostrum, quam maxime accomodemus. Quod si eo non expectato eos dimiserimus, tamen non obstabit Mti vestre nosse ni postrum quid ij attulerint. Quid aut nos ipsis ver̃ssime responderimus, nec id quidem

celabimus Mtem vestram. Cui omnia lacta et optata sem: per euenire optamus. Datt Cracouiæ xix Februarii Anno domini M° D°. XLvij°.

Sigismundus primus Rex Polonie Alberto Marchioni Duci Prussiæ

Illtris etc. Quas ad nos transmisit lras Illtras vra Illmi Domini Joannis Friderici Ducis Electoris, eas legi: mus, sed nobis minime satisfecerunt. Etsi enim non nolle se ostendit vt nos in pacificationem istam interponamus, tamen quibus conditionibus redire in gratiam cum Jmp. Mte cogitet non perscribit. Quamobrem quid consilii ca: piamus prorsus nescimus. Nam neq; sue nobis voluntatis aliquá adhuc nobis significationem Jmp: Mtas dedit, ad quam ante duos Menses missus nuncius noster nondum rediit, ac vt maxime certum sit Mtem eius à quietis consi: liis non abhorrere, quibus tamen cum mandatis ad Mtem eius Legatum nostrum mittemus, cum conditiones pacis nullas propositas habeamus. nos operam nostram in pace conficienda non granatim naubimus: sed præstant prorsus abro labore supasedere, q parum consulte rem agredi. Quare si potest Illtas vestra condiciones eliciat, sine qui: bus si de pace agere voluerimus, ne quod proxime, id nobis iterum accidat periculum esse videmus. Aequum autem est vt dignitatis etiam nre rationem habeamus. Quæ ad nos nova perscripsit, de Duce Virtenbergensi, deq; Augusta ea paulò ante ex aliorum quoq; litteris cognouerammus. De Cenna tamen diuersum accepimus,

negꝫ enim eam Rex Gallorum obsidione pressit, sed cùm essent motus quidam excitati vterqꝫ factionis, vtrimqꝫ dux occubuit, ipsa tamen ciuitas in Imp: Mtis fide per: mansit. Datꝫ Cracouiæ xxiiij Februarii Anno dñi M°. D°. xlvii°.

Regi Iumori.

SERE Me etc. Reuersus tandem est nuncius noster, per quem ad Cæsaream Mtatem lras nostras miseramus. Quod nobis responsum attulit, id ad Mtem vestram descriptum mittimus quæ suum nobis consilium impartire velit, quid porro nobis faciendum esse censeat. Nam cum victoriam in manibus habere dicatur Mtas Cæsarea, frustra fore: tasse de pace legatos misimus. Datꝫ Cracouiæ v. Mar: cii. Anno domini M° D° xlvii°

Sigismundus primus Rex Polonie. Sigismundo Augusto Regi Poloniæ filio suo.

SEre Me etc. Quod per Nuncium suum et literas vi: sere it nos Mtas vestra, deqꝫ statu valetudinis nostræ certiores fieri postulauerit est nobis vehementer gratum. Duo iam prope menses interfluxerunt, cum in magno vic-

nostro periculo, versati sumus, cuius pertemnis spes supereat. Sed recreati sumus. Deo sit gratia vel reuixi: mus pocius, ac satis commoda, nunc valetudine frui: mur, quantum etas hec nostra ingraues cens permittit. De vino nobis misso agimus gras, relaturi per omnem occasionem.

Sigismundus primus Rex Polonie, Alberto Marchiom Brandeburgen. Duci in Prussia.

Litteres etc. Rediit nuncius noster à Cesarea Mte. Que significare suis lris visa est, ne quem Legatum & inter: nuncium de pace mitteremus. Quod res Mtis eius in eo statu versentur vt sperandum sit, quod supersit rebellium. Sic enim scribit Mtas eius, vel sua sponte redituros ad obedientiam, vel facili negocio ad dedicionem compelli posse, iam enim Augusta Vlma, Constancia, Lindaw, et omnes alie ciuitates, preter Argentinam, Cesaris ptati se tradidisse feruntur. Quod ipsam Argentinam quoq; facturam sperant. Quare negat Mtas eius posse se nobis spem certam vllius tractacionis facere, cum non sit in potestate vnius, conditionis pacis inire vel ob: tenus pacis consensus non accedat. De quo rerum suarum successu et spe victorie, ideo se nos certiores reddisse scribit, vt consilium presens ex re presenti capere valeamus. Ad extremum vt ni Legacionem sumptus non faciamus et labores frustra suspiciamus

apud eos de quorum voluntate incerti sumus suadere se nobis neq3 debere neq3 velle scribit, hac est summa respon: si Caesarei Mtis. Quid ergo consilii capiamus, ne: scimus, cum hanc sue nobis voluntatis significatione Imp: Mtas dederit verecunde ne mittendis legatis et olenm, quod aiunt, et opera nobis perdat. Cum praesertim ab altera parte, nulle nobis conditiones, quibus pax confici possit, perscripte sint. Suam ita3 nobis sententiam Illtas vestra perscribat quid porro nobis faciendum esse putet. Datis Cracouie. 6. Martii. 1541

Sigismundus primus Rex Polonie, Alberto Marchioni Brandeburgen. Duci in Prussia.

Illme etc. Accepimus lras Illtatis vestrae quibus a nobis petit, vt si nrimus pacem, saltem inducias belli confici: re conemur. Sed ea cum scripta fuerunt ab Illte vestra nondum facta fuit certior, de responso nobis dato per Imp: Mtem, quod eiusmodi est, vt secum de pace agi nolle videatur. Maxime vero si id precipio magis instimulent scribit Illtas vestra, q3 alioqui moti fecerimus. Renunciatum est nobis ab Illte vestra Do: duce Saxonie, captum esse illum Do: Albertum Marchionem Brandeburgensem nepotem nostrum Charissimum. Ea res etiam magis prouocabit iram Caesaris: qui cum ingenti exercitu dicitur in Saxoniam aduentare, ac vt sit iam vllius deprecationis locus metuimus. Quamobrem quae: admodum causam hanc aggrediamur non videmus, Nos de religione tractare aliquid cum Caesarea Mte,

fas non est. De qua pridem recte constitutum est: et nunc ni Oecumenico Concilio constituitur, aliud consilium non reperimus quam vt Do: Dux Saxonie. Imp: Mtis autoritatem agnoscat illius clementiam imploret: ac quoquo modo placatam sibi Mtem eius reddere conetur, Aliam conficiendæ pacis rationem vllam excogitare non possumus vtinam vel Succesaltem succedat. Sed alias Irás Illtis vestræ expectabimus, quas Cubicularius nr̃ perferet, per quem illã de Cæsaris responso feci mus certiorem. Datæ Cracoviæ xxi Marcii. Anno dom̃i M°. D°. xl vij°.

Sigismundus primus Rex Polonie, Alberto Marchioni Brandeburgen Duci in Prussia.

Illme etc. Commendamus vigilanciam Illtis vestre ni prouidendo ne quid mali terris nostris Prussie, enc: niat, propter vicinum malum. Nos ex ipsius etiam Imp: Mtis literis cognouimus quod Saxoniam non maritimas ciuitates occupare cogitet. Etiam esse in Mis: sua fertur cum non contemnendo exercitu fr eius Sermus do: Ro: Rex. quocum suas coniunget opias Imp: Mtas. verum vt cuq; se nos habet, quamuis de voluntate in nos vtrius q; fraterne Mtis non nisi optima, quaq; nobis polliceamur, dabimus tamen ad Consiliarios terrarum nostrarum Prussie, mandata vt ad eum qui scribit modum Ill. vra prouideant, ne quid terre nostre Prussie, detrimenti capiant. De Masouia vero quandoquidem presentes nunc adsunt Regni nostri Se: natores, communicato cum illis consilio, quod e re ma: gis esse videbitur id statuemus. Datis Crac xxiij Mar: cij. Anno domini. M°. D°. xl vj°.

Sigismundus primus Rex Polomie
Consiliarijs Prussiæ, Regie ditionis.

Rnde in Chro pater etc. Petijt à nobis per Nuncium
suum Illtris dominus Albertus Marchio Brande-
burgen' in Prussia dnx, Nepos noster charissimus, vt pro-
uidere dignaremur in terris nostris Prussiæ, quo per
Illtem eius et consiliarios istic nostros via et ratio in-
iretur, qua, si quis factus esset in quacunq3 partem, ho-
stium impetus, obuiam illi ire posset, certus vt nume-
rus Equitum et Peditum constitueretur, quo succurri
retur his oppidis siue Castris, quæ primum hostes in-
nasuri essent. Sine ea nostra, siue Do. ducis essent,
vt coniunctis viribus, altera alteri subsidio veniret,
et constitui certo posset, vnde cuiq3 Arci et Oppido pre-
sidium esset exspectandum. Quoniam vero absq3
consilio P. vestræ, et aliorum terrarum istarum no-
strarum Prussiæ Consiliariorum, tam graui de re sta-
tuere aliquid non solemus, hortamur P. vestram,
vt quid illi de eo videatur quod à nobis petit Illris
Do. dux, sententiam suam nobis perscribat. Illud si-
mul significet, differenda ne sit res ad proxima
Comicia Cracouiensia, an primo quoq3 tempore
quod fieri vix posse putamus. Comicia sint per nos
edicenda. Domiq3 vbi locorum et per quos consul-
tatio haberi debeat, Illris suis certiores nos reddat.
Factum pro grâ nostra fide atq3 officio suo. Datt.

Sigismundus primus Rex Polomie. Later. Sigismundo Augusto Regi Polomie filio suo.

SERme etc. Accepimus lras Mtis vestre, quibus à nobis postulat, vt quam cudit istic moneta, eodem quo nos hic grano et ponderi, eam recipi in Regno iubeamus. Tenemus nos quidem memoria, egisse hac de re nobiscum Anno superiore Marschalcum Magni Ducatus Litwanie nomine Mtis vestre, pondus etiam attulisse, Sed ita tum discesserat, vt certum responsum nullum referret, q nullum fuit ea de re decretum factū, Nunc iste Mtis vestre lre post absoluta Comicia nobis reddite sunt, cum bona pars Regni nostri Consiliarioꝝ cum discessisset, quare non erat nobis visum de negocio tanti momenti, citra Regni ordinum consensum quicq statuere. Quandoquidem q omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Reiecimus itaq deliberationem ea de re ad proxima futura Regni Comicia, Interea vestra Mtās prosperare velit, ne quid si multiplicata sit moneta hec, ex eo detrimenti capiat. Libenter in: uiriarum quas nostri à Litwanis in finibus acce: pisse se querentur, misissemus Mti vre si descriptus fuisset. Quod simul vt factum fuerit mittemus. Datis Crac. xix. Aprilis Anno dñi. M°. D°. xlvi°.

Gratulatio Cesari Carolo Quinto De deuicta et domita Germania nomine Sigismundi primi regis Polonie

Stanislaus Volski Custos Crac Secretarius regis dixit ad Cesarem.

SExmus Rex & Princeps meus simul vt factus est certior de victoria Mtis vestre, misit è vestigio ad me ḧras, quibus mandaret Mtas eius dignata est, vt victoriam hanc Sacre Mti vestre gratularer. Magnam ex eo Mtas eius voluptatem capit, quod calamitoso bello huic finis tandem aliqñ, qꝺ minima fieri potuit Christiani sanguinis profusione, impositus est. Foelicitatem hanc Sacre Mti vre etiam atq; etiam ex animo gratulatur. Atq; illud imprimis cupit, vt contra Crucis hostes parem Sacre Mti vestre foelicitatem Deus largiatur, à quibus quæ impendent Christiano orbi pericula, maxime vero afflicto Hungarie Regno, ea si sacra Mtas vestra victrici hac dexterea sua propulsare dignata fuerit, iam vere Catolici Imperatoris officio fungi; eta cerit. Neq; futurum est quod ad laudem illius cumulu addi iam deinceps posse videatur. Quam vt preclaram Sacra Mtas vestra cogitationem suscipiat, atq; vt in hanc illa Deus mentem impellat Serenissimus Princeps meus vehementer optat. Nam quæ gesta sunt in Germania per Sacram Mtem vestram, qua est illa in suos clementia, qlibet foeliciter gesta sunt, non plus tamen animo Sacre Mtis vestre voluptatis, q; molestie procul dubio attulerunt.

Quod minime vra sacra Mtis Deus vltus est, et optat: tam illi contra eos à quibus offensa est victoriam contulerit, non potuit hoc illi non esse maxime voluptati.

Sed q cô necessitatis adacta fuit, vt ni suos officiu sui pa:
rum memores sanidiendum Sacre Mti vestre fuerit,
etiam si diligenter caut, ne quid nisti doloris suo indul:
sisse videretur, fieri tamen nequit quin acerbum id Sacre
Mti vestre, qua sunt illius paterna erga suos viscera,
acciderit. ita vt vt non ex omni parte lata illi fuerit
hec victoria. Quem vero triumphum de uictis Crucis
hostibus illi Deus, quod speramus et optamus, concedet,
is vniuerso Christiano orbi solidam letitiam, vere vero
Sacre Mti sempiternam laudem et gloriam afferet,
nomenq illius ad immortalitatem consecrabit.

Ferdinandus Rex Romanorum
Bone regime Polonie.

FERDINANDVS diuina fauente clementia Roma: norum Hungarie Bohemie etc. Rex semper Augustus infans Hispaniarum Archidux Austrie, Dux Burgundie, etc. Marchio Moranie etc. Comes Tirolis etc. Sermo Prin: cipi domino bone Regine Polonie Magne Duci Lituanie, ac Russie Prussie etc. Sorori et Consanguinee nre charme Sa: lutem fraterni mutui amoris ac omnis felicitatis con: tinuum incrementum, Sermā Princeps Soror et Consangui: nea nra edarema. Non dubitamus Sre tem vestram ali: orum et lris et nunciis intellexisse qnomodo et qnamob: causam Sacra Cesarea et Catholica regia Mtās Dus et frater noster charmus, ar nos et Illu: Mauricius Dux Saxonie Princeps et Consanguineus noster charmus Communibus viribus tam Equitum qnam peditum in propriis personis expeditionem bellicam contra rebelle Joannem Friderichum, qui se Ducem Saxonie appellitat, eius ditionem et subditos proximis superioribus diebus su- sceperimus. Itaq; nunc Sri vestre fraterne significa: mus. Quod cum occupata tota provincia quam Voit: land appellant ni Rogerg castra metati essemus, hesci ante dilnculum prefata Cesarea et Catholica regia Mtās, una nobiscum & cum memorato Duce castra movit, et recta aduersus dictum rebellem, qui vltra Albim fluuium prope oppidum Mulsperg appellatum ad alteram fluminis ripam situm cum equitatu et peditatu

suo confederat. profecti sumus, vbi quamnis ipse hostis se se nobis acriter missione globorum et aliis resistendi modis opposuisset, vt scilicet et transitum nobis prohibere et pontem, quem ex nauibus constructum ad oppositam ripam penes se habebat, defendere, tamen contra huiusmodi hostium resistentiam aliquod ex nris flumen vado traijcere et cum hostibus lembis plris congredi et pontem illis adimere nisi sumus. Et postea mox memorata Caesarea Mtas, nos et Dux Mauricius praefatus tracto flumine per vadum cum lenis et grauis Armaturae Equitatu hostes ipsos qui mox retrocesserant ad tria milliaria Germanica insequuti sumus. Vbi ipsi nacto iam loco illis ad faciendam resistentiam opportuno, se se tam Equitatu quam peditatu bombardisq3 contra nos prope quandam syluam collocauerant et instruxerant forte asse propterea quod existimabãt Caesaream Mtem et nos, qui neq3 peditatum neq3 bombardas nobiscum traducere potueramus eos tam Equitatu q3 peditatu et bombardis munitos instructosq3 aggredi non ausuros esse. Attamen eo non attento, in eos impetu facto illos fudimus et profligauimus. Rebelle. ipso capto et toto exercitu prope deleto, qui non fuerunt occisi partim fugiendo, partim vita in columni captis, filio etiam eiusdem Rebellis occiso natu maiore. Duce Ernesto Brunsuicense atq3 nonnullis comitibus, Baronibus, et Nobilibus captis. Simul etiam bombardis et Curribus omnibus bonis et rebus hostium omnibus ademptis et occupatis. Quam victoriam nobis a Deo Opt: max: contra eos qui se se diuinitus institutae potestati et superioritati opposuerunt benigniter concessam Sctti vestrae ideo significare voluimus quod non dubitamus eandem Sctem vestram pro sua erga nos benolentia

nigens gaudium capturam esse, quam feliciter valere opta:
mus. Datt in Castris Cesareis et nris die xxv. Mensis
Aprilis. Anno domini M°. D°. xlvii°. Regnorum no:
strorum Romani xvij. Aliorum vero. xxj°.

B ona Regina Polonie.
Ferdinando Romanorú regi.

Serme Princeps et domine fr̃e et consangmnee chár^me
ac honorande. Autea ex nunciis multorum famaq3 pre:
mnicia mme vero ex lris Mtis vr̃e Sr̃e me ad nos scri:
ptis certo cognovimus. Sacream Cesaream, ac vr̃am Regiá
Mtem, vnacum do: duce Mauricio, Illustrem ex Duce Sa:
xonie, et eius adherentibus victoriam reportasse, et eos
cepisse. Quam victoriam in primis domino Deo omni
mtu cunctis nris mortalium versantur, deinde consilio
virtuti ac felicitati Sacreaeñ Mtúm vestreaeñ adscri;
bimus. et vehementer ex hac victoria letate summa,
dominoq3 deo grás agimus, qui talem dedit eis de
rebellibus subditis victoriam, quam speramus tam
bellis Christianis q3 hereticis finem allaturam et hostib9
nominis Christi, formidini futuram. Quod vt Chr̃s
dominus noster pro sua in populum suum clemen:
cia concedat, ex animo p̃camur. Cupimus. S. Mtem
vr̃am vnacum sacrea Cesarea Mte et exercitu victore
optime valere, et felicissimis frui successibus. Cuius
Amori ac benevolentie mutue nos commendamus.
Datt Cracovie Die x^a Maij. Anno M° D°. xlvij°.

Restes secunde. vt homines parati sint ad bellum. Sigismundus primus Rex Polonie.

Vniuersis & singulis. Palatinis. Castellanis. dignitariis, officialibus. Terrigenis. Nobilibus. Aduocatis. Scultetis. et Ciuibus. ceterisq; omnibus cuiusq; status. conditionis et preeminentie subditis nostris. bona quecunq; terrestria hereditaria et obligatoria possidentibus et ad bellicam generalem expedicionem de iure vel consuetudine Regni nostri obligatis. sinceris et fidelibus dilectis grám nostram Regiam Magnifici. Generosi. Nobiles. Famati. et prouidi sinceri et fideles dilecti. Mandamus vobis antea primis restium lris. quando quidem generalis bellica expeditio publico omnium ordinum Regni consensu in proxime habitis Comiciis in hunc annum decreta esset. vt ad eam expedicionem bene armati et instructi essetis. Nunc iterum de more hisce secundis litteris restrium mandamus omnino habere volentes vt equos arma et cetera ad bellum necessaria pro facultatibus vestris bene parati habeatis. vt cum tercio significauerimus nullam moram interponatis: sed ad eum locum quem terciis restrum litteris constituerimus. quo tempore iusserimus. sic vti decet instructi veniatis. Interim tamen indicia de more peragi volumus. Has vero literas nostras nihil moranda altera altera vicinior perferendas curet. vltimus vero loci capitaneus eas remittat. ne secus feceritis sub amissione bonorum. Datis Cracouie feria secunda

post dominicam Rogationum · Anno domini M°. D°. xlvj°.
Regni nostri Anno xl1°.

36

Conditiones Coesareæ Mtis, datæ Phi: lippo Lanthgravio, pro inobedientia ipius erga suam Mtem Anno domini 1547. Mense Iunio

Rme ac Illme domine obseruandæ. Quintadecima Mensis Iunij. Rdæ Dni vestræ scripsi. misiq; capita ea: rum conditionum, quas Cæsarea Mtas captivo Joanni Friderico de Saxonia præscripsit, quæ iam pridem Rndæ Dni vestræ rediisse Oræm confido. Misi et exemplum lrarum, quas Melan: chton Primario secretario Imperii, Joanni Oberburger scripsit, quibus ex eo petit, efficeret, quo bonarum artium profess: oribus aditus Vittembergam pateret, vt intelligat, qua gratitate scribat de felicitate & victoria Im: peratoris.

Decimaoctana vero die eiusdem Mensis, hora quinta à Meri: die, venerunt huc Oratores Regis, Ciuitatumq; maritima: rum, Hamburgk, Bremæ et Lubecæ, ad tractandum de pace Ciuitatum maritimarum, cum Mtis Cæsareæ voluntate. Venit et Philippus Lanthgravius post vnius horæ spatium, medius inter Electorem Brandeburgensem, & Mauricium Electorem de Saxonia, summo honore ab eis domũ Mauricii, apud quem diuertit, deductus. Vbi cum dici reliquum læti transegerunt, ipse autem Lanthgravius comitis cq; eius tesseram Imperialem à collo deorsum sub manu pendentem, gestabat. Venit etiam cum eo DVX Brun: suicensis, captus cum filio, quem libertati et Ducatui restituit.

Postridie eadem hora Caesarea Mtas publice Lantbgra-
nium in conspectum sunm admisit, qui Brandeburgen &
Mauricio Saxoniae Electore, deductus tribus passibus a
Caesare, cum interprete suo in genua procubuit, qui nomine
ipsius, commemoratis primo, quae in Caesaream Mtem com-
miserat, et quid praeterea meritum se agnoscat, supplex, pe-
dibus Mtis eius provolutus, veniam petiit.

Responsum est nomine Caesareo Mtis à vicecancellario
Imperii, rebellionem Lantbgranii, et ea quae in Caesare-
am Mtem designaint, vehementer Mti sue displicuisse,
magnamq; praeterea Mtis eius indignationem meren-
isse, tamen cum ad misericordiam eius confugerit, atq;
pedibus eius devolutus veniam sibi dari petat, Mtem
eius, poenam capitis ad carceris perpetui illi remittere,
restituereq; illum in ditionem illius, ac subolitis illius,
omnia condonare, istis tamen conditionibus, quae infra
scriptae sunt.

Lantbgravius vero, ita ut procubuerat ni genua, egit
gratias Caesareo Mti, quae neq; mannum sibi porrexit,
nec aspexit, neq; verbum vllum locutus est illi, nisi qui
surrexisset mox ab Electoribus, inter eos ni Arcem Civi-
tatis istius vbi Dux de Alna habitat, deductus, atq; ab eo
apparatissimo prandio, quod usq; ni noctem producturn
est, exceptus. Et cum discedere peterent Dux de Alna,
Electores quidem cum vellent discedere, permisserunt,
se dixit, Lantbgravium vero ita iubente Caesarea Mte
retenturum. Noxq; cum Joanne de Arenaca praefecto His-
panorum peditum magna diligentia custodiendum tradidit.

Nona re perculsi, tunc contra quàm conuentum erat id fieri dixissent: Brandburgæ quidam Elector in dies nec sorium sunum redit. Mauricius vero cum Lantgrauio ea nocte mansit.

Postridie, mane Cæsaream iterum adierunt, quæstiq; sunt magna se affici inuidia, quod Lantzgrauius in custodia teneretur, qui eorum fidem bonitatemq; secutus, ad præstandam obedientiam Cæsareæ illi venerat. Præcatiq; sunt, vt eum liberè dimittere dignaretur. quandoquidem in conditionibus, quibus Lantgrauius receptus est in gratiam, non aliter posse illum in carcere non illi intellexerint, quam si aduersari Cæsareæ illi voluerit. Ad quæ Cæsarea ultrò respondit: Si conditiones istas non intellexistis, relegite eas et intelligite melius, quid verò à me factum est de eo, quæ ad visum mihi fuerit, nihil mutabo, nec verbis opus est, nam de eo mecum agere non aliud est quam tempus perdere, et de impossibilibus loqui. Cum quo responso tacite recesserunt.

gewodzie posłać raczył ktoreby by przysięgi iego przysłucha:
li i list przymierzny od niego i od rad iego wzięli. gdy się
wrocą. a pan Vogewoda posły swoie pośle iego. k. M. będzie
raczył przymierze to poprzysiąc, i listy swoie swolicz rad swo:
ich dać.

Co się dotiče spisku tego wedle ktorego chciał by pan Vogewoda
list. od iego. k. M. mieć, ten iest rożny od tego przymierza, ktore my:
bośćyk pan Piotr Vogewoda ociec pana Vogewody s panem krakowský
pod Chocimem postanowił. A tak iego. k. M. wedle niego listu swego
dać niemoże. abowiem na sżymie koronnym za dozwoleniem wszitkich
stanow koronnych iest postanowiono. aby w niczym to przymierze
ktore pod Chocimem vczinione iest odmieniono nebyło, i s tym
posły swe do pana Vogewody iego k. M. odprawić raczył. i
wam to iusz powiedziano było.

Iż w tym spisku przypisano iest aby to przymierze na kroleia

iego M. mlodego sciągało się. Jego. K. M. azkolwiek wiedzieć ra-
czy iż przymierze iego k. M. między państwy iego k. M. a zię-
mią moldawską iest wieczne, a za odmienianim pandow mię-
nić się nyema. A wsakoss krom wiedzenia krolia iego
M. mlodego, nie chce nic na iego M. klasę, ale raczy iego
k. M. ku iego M. pysać, oznaymniącz mu to czego pan voye-
woda zarda. A ieśli pierwey iego M. da wolią swą znać
niżli posłowie nasży v pana Voyewody się odprawią, tedy
im znać o woliey iego k. M. będzie raczył dać. abo pan Voye-
woda poślie posły swe do krolia iego M.

Ogiem pogranicżny rozumie być iego. k. M. potrzebny, i ro-
skazał posłom swoym ktore do pana Voyewody posłał.
aby wsz wespolek s panem Voyewodą postanowili.

Za wskazowanie tych rzeczy. ktore się w poganstwie dzieią,
iego k. M. pan voyewodzie dziękować raczy, i będzie się
o to starał za pomocą boską aby państwa iego k. M. spo-
dy nie miały, a wsakoś iego k. M. napomina pana Voye-
woda aby nie dał pomocy ku budowaniu zamku tego,
ktory tak wielie ymu yako nam szkodzić by mogł.

Sigismundus primus rex Polonie. Consiliariis suis.

Mag^ce etc. hortati sumus per litteras nostras Ser^mum filium nostrum vt ad Comicia Regni nostri veniret, simul nobis perscriberet quando et quo in loco da: beret, ea vellet enim Mtás pro sua erga nos singulari observantia, quandocumq; per nos vocata esset se venturam respondit, ad quemcumq; locum, in quo Comicia per nos edicta essent. hoc. S. tuae significan: dum duximus a qua et ipsa vt suam nobis perscri: bat Sententiam postulamus, ad quem diem à nobis hic edicenda esse Comicia censeat.

Venerunt ad nos Mag^ci domini Palatini Valachi nuntii, postulantes quandoquidem dominus eorum in foedus ita vt scriptum a nobis erat, iuranit, vt nos quoq; ita vt conscriptum ab eo est iuraremus, protulerunt q; exemplum illius latinis multo scri: ptum quam illud in quod ipse iuranit. Nam et auxilia contra quoscumq; hostes praberi, et receptum sibi su: per q; omnibus in Regno nostro dari petit, si quae vis maior á cui ferendo par esse posset, ingruerit, quod et se discrete esse in antiquis foederibus ostendebat pro: scriptum, nos tamen quoniam in Comiciis Regni nostri superioribus decretum esse meminimus, ne quid

de fœdere quod sub Cogzim ictum cum Petro Pala-
tino erat, et demum cum Stephano confirmatum,
mutaretne ad eius exemplum literas nobis fœde-
ris nuncii nostri iam attulerunt, respondimus vobis
ni alia fœdera, contra Comentus decreta inire
non licere, q in qua dominus Palatinus incanit,
ni quibus illud tecte contineture, quod ipsi expresse
scribi volunt. Nam in quadam parte fœderis adscri-
ptum est, nos ita fœdus et amicitiam cum Domino
Palatino observaturos, quemadmodum inter præ-
cessores nostros et ipsius domini Palatini observa-
tum est. Sed hoc aperte scriptum non esse, ne qua
ad Cæsarem Turcarum emanet, atq3 domino Pala-
tino difficultatem apud ipsum pariat. Verum per-
suaderi illis non potest, volunt3 discedere re infe-
cta, nobis vero dimittendi esse non videntur, cum
fœdus istud Valachium peruecessarium Regno sem-
per omnes existimauerint, a maioribus etiam no-
stris sanctissime cultum sit, cum præsertim Nun-
cii pollicantur dominu Palatinum, ea omnia si
postulauerimus iuraturum, in qua nos iuraueri-
mus. Verumueq3 ne si nunc infectis rebus dis-
cesserint, cogamur postea rationibus Regni postu-
lantibus hoc ipsum ab eis cum aliqua indignitate
nostra postulare. Sed tamen inconsulto facere
aliquid nolumus. Quare S. tuam hortamur
ut pro ea quam nobis et Regnb: debet fide, consi-
lium suum nobis impertiat. Nam et illud à nobis
datum Nuncijs erat, ut tale iuramentum quale
dominus Palatinus præstitit à nobis accepto, re-
dirent ad proximum Comentum Regni, vbi de
eo quod addi fœderi poterunt frequenti Senatu

agi possit. Verum aiunt, non licere sibi ab eo quod illis praescriptum est discedere. Datum Pridie kalend. xvj Augusti Anno domini. M°. D°. XLVI°.

Sigismundus primus rex Polonie, pater Sigismundo filio regi Polonie.

SERme. Littera Mtis vestre serius nobis reddite sunt aliquanto post nostros ad Palatinum Valachie legatos missemus, quos verisimile est iam esse officio suo functos. Non est itaq; visum ut eos literis nostris admoneremus, quo vestra quoq; Mtis nomine ad foedera per nos icta cum Palatino consentirent, et iusiurandum ab eo acciperent. Satius esse duximus ut cum legati maiores, quos expectat Mtas vestra, ab eo venerint, tum ad foedus per nos cum eo percussum, et ipsa assentiat, ac legatos ad eum suos mittat qui exemplo nostro iusiurandum ab eo accipiant de foederibus et cum regno et cum magno Ducatu conservandis. Quod ipsum vestra simul Mtas curabit, cum id ab ea per Oratores suos dominus Palatinus exegerit. Praestabit autem iusiurandum et regni et magni Ducatus nomine

tanq̄ et Rex Polonie et magnus dux Lituanie.

De arce Balakly nobis quoq; videtur arcendos esse Turcas modis omnibus ab ea edificanda, idq; cum: inmētis viribus et regni et magni Ducatus. quan: doquidem utriusq; interest ut ne fabricetur, cum non propius regni q; magni ducatus fines attingat: nequa: quam huic q; illi detrimenta videatur allatura. Nos mille equites aere nostro ad hanc edificatio: nem impediendam condnximus, ex aula quoq; nostra turmam equitum misimus. Utās vestra pa: ratiorem habet istic militem. dabit operam ut qui: bus maximis potuerit viribus et ipsa conatibus Tur: carum obstet. Nisi q; si vis aliqua maior fuerit, me: tuimus ut nostre copie subsistere queant.

Porro non eadem est hic penes nos rerum potestas, quę penes uterq; vestram ist hic. illa simul ut signum dederit, preesto adsunt omnes. et quocunq; nisserit castra sua mouent. etiam si ipsa Utās vestra in Castris non adsit. In regno vero nostro, etsi termis restinum, ut vocant, literis accita consurgunt omnes i vestigio, neq; tamen proferre quoq; pedem tenē: tur, nisi rex ipse presens adsit. Nostra etas et valetudo quę sit videt Utās vestra, per eam nobis minime iam licet in Castris versari. Misimus nos quidem binas iam restimulcas, rerum tercias non mittemus, nisi eō nos inevitabilis necessi: tas adegerit.

Quoniam autem ipsi bello interesse non possumus,

quandoquidem vestra quoq; Mtas rex est omnium ordinum consensu coronatus vellemus quoad id sine molestia eius fieri posset, vt vel ad Brzesčie, vel ad alium quempiam commodum locum accederet, quo non procul abesset à regni finibus: vt si forte fieri generalem expeditionem oporteret, sicut in his Comitiis quae proxime per nos habita sunt, fuit postulatum, ipsa exercitui praesset, et cum eo ad regni tuendos fines proficisceretur. Quod si vero nulla foret eius rei necessitas, quoniam tamen breui Conventum agere nobis deliberatum est, vel hoc nomine non procul illam a Regni finibus abesse vellemus, vt tanto minore negocio ad eum locum vbi Conventum essemus celebraturi accedere posset.

His de rebus Mtém vestram tempori admonendam duximus, vt si forte praeter spem et expectationem, nem expeditionem generalem fieri oporteret, ne quid quòminus ea succederet impedimento esse, neue dari nobis vitio possent, quasi parum pro nostro regno nostro prouisum, neq; Comitia eum decreto satisfactum sit. Neq; tamen interea veré Mti quicq; prescribimus, verum vt aliis in rebus, ita et in hac quoq; salutem esse iudicium illius volumus, illud tamen optamus vt mandaret copiarum suarum praefectis Mtas vestra, quo cum nostris conspirarent, ac mutuam intelligentiam vt alteri alteris cum res postularet succurrere possent.

Quod scribit Mtas vestra de pace pro nostra in Germania conciliandâ, ea iam confecta esse dicitur,

ÿs conditionibus quibus voluit Cæsarea Mtas. Jtag ÿs no-
stram vt operam ea in re interponamus necesse non est.
nisi forte quod petunt à nobis duces Pomeraniæ præ-
catores pro eis esse velimus, vt gratiam Cæsaree Mtis
qua exciderunt, recuperare queant. Quod nos quidem
facere non abnuimus, quandoquidem interest etiam
terrarum nostrarum Prussiæ vt salue sint terre
Pomeraniæ, quæ solæ iam inter Cæsaris exercitum,
et terras nostras Prussiæ interiacent, vt nostris
aliquid mali metuendum sit propter vicinum malu.
Sed expectamus in horas aut reditum nunciij nostri
quem ad Cæsaream Mtem misimus, aut saltem lras,
quibus de ÿs quæ in Castris Cæsaris geruntur, et
quorsum ea moueri cogitet certiores reddamur:
Ex his agendi aliquid aut mittendi legatos nostros con-
silium capiemus. nisi ÿ rursus metuimus ne prius
omnia confecerit Mtas Cæsarea, ÿs legatus noster
ad eam peruenerit, vtitur enim in rebus conficien-
dis mira celeritate, et fluunt Mti eius ad volun-
tatem omnia. Datÿ in Talbor xiiij^a Junii Anno
domini M° D°. XLVII°. Regni vero nostri xlj°.

Sigismundus primus rex Polonie.
Solimano Cæsari Turcorum.

SERme et potentissime Princeps domine vicine et frater obarme etc. Venit ad nos Mtis vestre nuncius
Jssuffa, literas q̃s nobis reddidit, quibus Mtas vestra postulat vt damna subditis Mtis vestre ab hominibus nostris finitimis illata, resarcire mandaremus, quod ad eam diem summo semper studio factum a nobis est, sed quia Mte vestra res repetitum ad nos mittebantur, polliebantur semper nobis, si quando nos quoq̃ de iniuriis ac damnis hominibus nostris à Mtis vestre subditis, nostris illatis, querimonie per nuntium apud Mtem vestram essemus effecturam Mtem vestram, vt omnibus ommulata satisfieret, quas tamen nos quoad licuit retinende amicitie, que nobis cum Mte vestra intercedit, causa dissimulabamus, ad extremum victi quotidiana querimonia Subditorum nostrorum quibus colom, et pecora abacta ville vastate et incense anno superiore à Tartaris sunt, miseramus Nuncium nostrum ad Mtem vestram, postulantes vt damna Subditis nostris illata, sarcire mandaret, certamq̃ spem conceperamus hanc primam querimonia et postulationem nostram, ponderis apud Mtem vestram habituram. Sed preter spem accidit, nam tantum abest vt damna resarciren-
tur, vt et nuncius noster, non eo honore habitus sit, quo amicorum nuncios haberi par est, et quo sunt apud nos qui à Mte vestra ad nos veniunt. Pollicita

quidem est nobis per literas Mtás vestra, quod de dam-
nis de quibus nos questi summis ingruere vellet. Sed
ad eam diem nihil subditis nostris solutum est, non-
dum tamen eam spem de Mté vestra deposuimus quod
factura sit quæ ius foederum et amicitiæ postulat.
Quibus hoc diserte cautum est vt ab vtrius nostrum ho-
minibus damna illata fuerint, ab ijs sarciantur.
Quamobrem nos quoq3 de ijs de quibus Mtás
vestra scribit nigrini atq3 enim à quo illata
sint cognouerimus, vt ea resarciat mandabimus,
dum modo ea, quæ nostris hominibus illata sunt
prius sarciantur. Nos enim ter eam pecuniam
pro eis subditis Mtis vestræ, ita postulan-
te Mté vestra solvimus. Quod vtém vestra
pro ea amicitia quæ nobis cum illa intercedit,
certo nobis polliceremur, quam nos ita vt inca-
ruimus sancte observaturos, caveremusq3 diligen-
ter ne qua violandæ illius à nobis detur occa-
sio. Datum Quitekervic Septembris An-
no domini .M°. D°. XLVII°.

Sigismundus pater rex Polonie
Sigismundo Augusto filio regi
Polonie
In litwania agenti.

Ser^me etc. Quod nos factores recepreamus
Mtem vestram certiorem fiser nostris litteris reddi:
mus, quod de consilio Senatorum Regni nostri diem
Comicüs, habendis edixmus. Dnam Elizabeth sacrā
a Mte vestra postulamus. Si preuertere non po:
test saltem ad diem per nos prefinitum venat.
Quanto autem celerius venerit, tanto nobis gra:
tior est futura. Nam in hac affecta etate nostra
que nihil aliud quam perpetuus morbus quid amest
nihil est quod nos magis recreare possit quam asse:
ctus Mtis vestre, vehementer cupimus primo
quoq tempore presentis illius nobis fieri pote:
statem. Datum Bistrekowie Septembris Anno
dom^i M°. D°. XLVII°.

Sigismundus primus rex Polonie pater
Sigismundo Augusto filio regi Polonie.
In lituania agenti.

SERme etc. Veniens ad nos Magnus Joannes
Comes à Thenczin Palatinus Vandomiriensis Curie
nostre Marschalcus narrauit nobis Mtem vestrã
ad comicia Regni nostri venire decreuisse, simul etiã
renunciauit nobis, videri Mti vrã vt ad eu vocaretur,
Illus Do: Albertus Marchio Brandeburgen in
Prussia dux Nepos noster Csar mus. Quod cum
nos fieri iuxta consilium vestrum Mtis velimus, cu-
piores ab illa reddi cupimus, quod illi tempus
profigendum putet, quo illi ad nos veniendum sit,
visum enim erat plerisq; sub finem potius, q3
ad initium Comitiorum, vt veniret, q3 periculum
esse existimarent, ne aduentu illius Cursus Co-
mitiorum impediretur, Sed nos vestre Mtis
sententiã cognoscere cupimus. Quam vt nobis
prescribat a Mte vestra postulamus. Dat Pök-
kowiã iij.a Nouembris Anno domini
M°. D°. XLVij°.

Sigismundus primus rex Polonie
Paulo tercio Pontifici maximo.

Quod si quis alius ego certe semper enim dixi illucescere mihi magnopere cupiebam quo congregato sacro sancto oecumenico Concilio, qui sunt graues in Ecclesia Dei motus excitati, sedari tandem ali: quando: et quae nunc Petri nauicula magnis tempestatibus et procellis iactari atq; agitari videtur, et ad optatum tranquillitatis portum Sanctitas vestra ad eius gubernacula sedente, et rectum, quod aiunt, clauum tenente, perduci posset. Itaq; cum primum esset mihi renunciatum conuocari per Sanctem vestram concilium hoc oecumenicum, ad quod ipse quoq; fueram per literas et nuncium vestre Sanctis inuitatus, vehementer sum animo exoratus: neq; postea mediocriter perculsus, cum uno aut altero anno nihil aliud q3 prorogationis fieri cognouissem. Postreq; vero pro certo tandem allatum est iam habiti3 coeptum esse Concilium, incredibile non est quanta leticia fuerim affectus, nisi quod ea contaminari visa est quorundam sermonibus qui dicerent, nescio unde coniecturam sumpta, Concilium hoc non esse progressum habiturum. Quamobrem cum longius abessem a loco vbi Concilium fuerat indictum, q3 cuncti Reges et principes Christiani, qui status illius forent,

,

ꝯ frequentes ex aliis regnis, et prouinciis eo conue-
nient, diligenter explorabam. Cumq; conuenisse
iam aliorum regum nonnullorum Legatos cognouissem,
nolui committere vt in meis nihil endis postremus fuisse
viderer. de mea itaq; et Senatus mei vniuersa sen-
tencia in maioribus regni mei Comiciis duo desi-
gnati sunt, qui meo regnoq; mei nomine ad Sacro-
sanctum Concilium hoc proficiscerentur. Cœpe autem
dum illi se itineri accingunt. renunciatur nobis non gra-
uissima ex causa Tridento Bononiam Concilium esse
translatum, quod adeo non probari multis accepi, vix quis-
vt eo venisse dicatur, praeter eos qui ex Italia sunt Epós.
Quae res valde me reddit anxium & sollicitum, non
solum quod non video quis vsus ibi sit Legatorum regni
mei futurus, si cæteri reges Christiani nullos miserint,
verumetiam, quod vehementer metuo, ne quid ex eo
deterius consequatur, quod ingentem Reipublicæ Chri-
stianæ calamitatem afferre possit. Quamobrem tenere
me non potui grim Sanctem vestram supplex orarem
atq; obsecrarem, velit pro eo Cui facere certe debet)
ecclesiæ, enim caput Sanctem vestram deus constituit,
tranquillitati prospicere, et cum Imperatoria Catho-
lica Mte fratre & consanguineo nostro Charmo, cumq;
aliis regibus et principibus Christianis, certum aliquem
locum constituere, ad quem qui vocati sunt per Sanctem
vestram commode venire possint, omnis vt occasio præ-
cidatur ijs, qui rebellionis suæ nescio quid obtendere co-
nantur. Nam hoc rerum statu, quemadmodum aut
quo regni mei Legatos mittam prorsus animi pendeo,
cum præsertim illud quoq; rumore acceperim, de transfe-
rendo Bononia Romam Concilio hoc plaros nunciare: quo
multo etiam pauciores venturi esse videntur. Neq; enim

ignorat Sanᵗᵃˢ vestra quid per eos postuletur qui præcipue Con:
cilio huic conuocando causam dederunt, quibus magnam dede:
rit lætitiam Sanᵗᵃˢ vestra, si hanc apud imperitam multitu:
dinem de se opinionem conceptam erit, quasi per ipsam Sanᵗᵉᵐ
vestram factum fuerit, quominus his qui sacri Concilii authо:
ritatem defendunt, tuto ad illud venire liceret. qui vtinam
interea sum qꝫ plurimis afflare conantur, ita serpit hæc lu:
es latius indies, vt ne meæ quidem terræ prorsus ab eius con:
tagione liberæ sint. Adeo verum esse comperio quod est
in proverbio. Aliquid mali propter vicinum malum. Quare
Sanᵗᵉ vestram iterum, atq iterum maiorem in modum peto,
locum habendo Concilio designare velit eiusmodi, nulli vt iusta
ad eum non veniendi causa esse possit. PRæclarè de vniuersa
Republica Christiana merita fuerit, quæ cum dubiis & pe:
riculosis temporibus his fidem sanctis vestræ imploret. Spero
Sanᵗᵉᵐ vestram illi periclitanti non esse defuturam, quin
omnia facturam potius vt ne quid mi ea requiri possit, quod
ad rationes illius stabiliendas visum fuerit pertinere.
Qua quidem re et apud DEUM optimum maximum non
mediocrem gratiam inuenerit. & perpetuam nomini suo lau:
dem & gloriam comparauerit. Datæ Piotrkowiæ Septi:
Nouembris Xmo domini. Mº Dº XLVIIº.

Responsum a Rege Polo. Sigismundo primo datum Doctori Lango nuctio Ducum Olessicensium

Piotrkonię
1547

Sacra Mtas Regia statim vt Piotrkonia venit ab Ill.bus Dominis Ducibus Olsznensibus facta est certior fuisse non neminem ex equestri ordine regni sui qui hostillia omnia Ill.bus eorum denunciaret atq adeo toti Slesie simul et Bohemie, cumq ex sceda eque missa erat Mti eius in qua denunciatio eiusmodi scripta continebatur. Simul et nomina eorum qui denunciasset expressa in scheda fuerunt, qui ex se propinquos esse dicerent Rmi Do. Episcopi Posnanien' misit ad Ptem eius Mtas regia scedam atq vt suos in officio contineret admonuit, qui nihil sibi hac de re constare respondit, ac qui erant in scheda illa descripta non modo quenquam eorum nulla necessitudine contineri, sed ne de nomine quidem sibi notum esse. Interea venerunt litterae a Sacra Regia Romanorum Mte in quibus haec ipsa scheda cum isdem nominibus descripta continebatur, et postulabatur a Sacra Mte regia vt prouideret ne quid eorum temeritate terrae Silesiae detrimenti caperent Sacra Mtas regia Mag.co domino Andreae Comiti a Gorca Castellano Posnanien. et maioris Poloniae Capitaneo generali, qui tum presens aderat diligenter mandare dignata est vt in audaces istos homines inquireret eos coerceret, ac ne grassarentur in Silesia prouidere conaretur, quod ille factum se recepit et facit sedulo. Nunc ita accidisse quod audaces isti homines crudelitatem iam suam in quenda exprompserunt

et collecta manu plura etiam incommoda Silesiæ terris inferre cogitant. Vehementer dolet S. M.tas regia ac modis omnibus prospicere conabitur, ita vtiam etiam prospexit vt ne illis id impune facere liceat et quæ ad quietem et tranquillitatem atq; amicitiam inter finitimos vtriusq; M.tis populos, non modo retinendam verum etiam augendam et amplificandam pertinere putauerit ea summa illi cura sunt futura. Neq; minori ea quæ in secretiori Legatione sunt a se postulata.

Quod Commissarios attinet ad certas quasdam causas S. per S. M. R. nominandos, tenet memoria Sacra M.tas regia, ow de eisdem Commissariis per vtramq; M.tem designandis ad M.tem eius ante vnum aut alterum Mensem nuncium suum mississet, ita eum dimissum esse, vt diceret M.tem regiam Romanorum se acta et scripturas, quæ hinc inde in hoc negotio emanarunt, ad manum non habere quorum simul atq; sibi copia facta esset: vel per literas vel per oratorem proprium se M.ti huic regiæ desuper responsurum, nunc non videt M.tas regia responsum hoc promissum dari, sed ad certas tantum causas commissarios a M.te eius postulari, videtur M.ti eius regiæ consultum fore, vt quemadmodum aliquot his inter vtramq; M.tem conuenerat. Commissarii ex vtraq; parte designarentur, qui non de tribus tantum causis, sed de omnibus iniuriis quorumcunq; vtriusq; M.tis subditorum, deq; finibus cognoscerent ne duplicem sumptum facere necesse sit, vel potius multiplicem si ad singulas quoq; causas Commissarii sint designandi. Quam ob rem dignetur hac de re M.tas

Regia Rom. quid sibi videatur significare, acsi Commissarios eiusmodi generales designandos censuerit eorum nomina perscribere simul etiam de loco deq3 tempore ad quod veniendum sit Commissarijs M.tem hanc regiam certiorem reddere. Quod vbi fecerit M.tas illius tum hac quoq3 Regia M.tas Commissarios suos designabit, et quo ad poterit ad M.tis illius voluntatem accommodare se studebit.

Quod Sacra M.tas regia Rom: secreto a M.te hac postulauit de eo iam per M.tem Regia promissum est.

Legatio a Ioachimo Marchione Brandeburgen electore ad Sigismundum primum Regem Poloniæ

Dicta Petronic. die S. Catherine 1547

QVANDO quidem Sacra Mtas Regia Poloniæ per Gottfridu Ill.mi Domini Marchionis Consiliariu Ser.me domine Isabellæ Reginæ Vngariæ rationes Ill.li eius commendarint, factura fuit Ill.tas eius pro officio suo vbi Mtis eius rationes in tuto collocaret et ad optatu tranquillitatis portu perduceret, nisi bellorum motus isti impedissent. Postaqua vero motus isti tranquillari caperunt captata oportunitate egit Ill.tas eius cu Imperatoria et regia Romanorum Mtibus, cu ad Vitembergam Castra locassent de Ser.ma Do. Isabella Regina et filio eius non obscuram significationem dederunt Mtes eorum, si commodo Ser.me Do. Isabellæ et filii eius si quibus tollerabilibus et honestis rationibus transigi posset non esse recusatores atqz vt hius de rebus nonnihil tractaret certis rationibus, Ill.mo domino Marchioni commiserunt, quemadmodu fusius Regia Mtas ex Legato cognoscet.

CVM itaqz Tractatus isti ad consolabilem finem tendant, opus est vt regia Mtas cu Ser.ma filia sua consilio communicato aliquas rationes constituat, quibus hii perfici possent, quæ cu erunt constitutæ videtur Ill.tis eius fore consultu, vt

Consiliarijs suis quos ad Imperij Comitia legauerit mandet quo de rationibus et conditionibus eius modi Ill.tem eius informent. de quibus informata Ill.tas eius tanquã agnatus faciet omnia quo res ad optatũ finem perducatur. neq3 fidem et beneuolentiã requiri in se patietur. Quoniã vero spes est in Imperij Comitijs conclusam iri expeditionem bellicã contra sempiternos Christiani nominis hostes Turcos. si ea sortita effectũ esset: videtur M.tas Regia non pauꝯ et ipsa utilitatis ad eam expeditionem afferre posse. ac possent ea re Ser.ma domina Isabella rationes vel potius totius rep. ea Christiana plurimũ adiuuari. quod si itaq3 visum foret Mti regiæ. hac in re cum Cæsarea Mte. et Imperij Principibus societatem inire vellet Ill.tas eius se sequestre et interprete. id fieri vt per eum Regia M.tas certior fieret. quid ipsa vicissim a Cæsarea Mte et Imperio si res ita postularet sperare deberet. quanquã id in arbitrio vult esse Regiæ M.tis. Sed si quid hac in re vel in alijs quibuscunq3 præstare posset. quod esset eum commodo Regiæ M.tis. et Ser.ma Domina Isabellæ ac filij eius communi studio suo defert.

Ac quo magis intelligat M.tas regia esse negotium hoc Ill.tis eius valde curæ. de consilio Cæsareæ et regiæ Rom. M.tis hunc ipsum Consiliarium suum ad Ser.ma Da. Isabellã celeriter proficisci iussit. vt illi rem omnem aperiat et sententiã eius cognoscat. sicut hæc ipse legatus fusius dicet. Quod si res citra moram expediri posset. dedit negotium Ill.tas eius huic legato. vt quam celerime ad Comitia redeat vbi eum expectare statuit. atq3 ita rogat Regiã

Mtem vt Legatus hunc adiungat quo tuto et celeriter
ad Ser.ma Do. Isabella per dispositos equos venire
possit Nam potest M.tas eius coniecturam facere quan-
to sumptu Illtem eius in Comitiis diutius commorari
sit necesse. quod quantu ipsius persona attinet opus
non haberet, verum vt quod promittimus praestemus
nullis sumptibus parcemus. Cassa ꝙ habebitur eorum
ratio, ac vicissim nobis aliqua ex parte compen-
sabitur, vt cognoscamus opera nostra, et sumptus
quos fecimus non esse superuacaneos.

Quod attinet priores tractatus de nauigatione, mo-
neta, et Emporio retardata est Ill.tas eius. vt
consultatione habita fiat nisprecio.

F nonnichil
motibus nisis
bellicis, verum
vt effectum
sortiantur
petit Ill.tis eius

Et cum antea quoq3 per dominum Episcopum suum Lu-
bucensem de Ducatu Russiæ cum Reg.a M.te egerit vt
dedit huic negotiu vt iterum agat.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie: datum ad Legatos Joachimi Marchionis Brandeburgen Electoris.

Sacra Regia M.tas Ill.mo Do. Marchioni Principi Electori ingentes agit gracias q̄ Ser.ma Do. Isabella Regina Vngarie filia sua M.tis tanta cura prospectu, et rationes illius in tuto collocatas cupiat. Declarat hac in re Ill.tas eius minime vulgare studium suum erga Sacram M.tem hanc regiam que sibi factum interpretatur, quidquid Ser.ma filia in tantis illius difficultatibus, et angustiis benigne fit, quam obrem plurimum hoc nomine se debere M.tas eius Ill.mo Do. Marchioni profitetur, gratumq̄ suum animum et memorem hactenus illi cupit per occasionem licuerit facere semper conabitur. Quando ita mandatum est Do.nis vestra non vult hac M.tas Regia profectionem illius ad Ser.ma filia sua remorari proficisci iam ei licet. Atq̄ ut secure et quo commodius fieri poterit prestari possit Sacra M.tas hac providebit.

Quod attinet societatem belli contra Turcos cum Imperatoria et Regia Rom. M.tibus, cumq̄ Sacri Imperii Principibus incunda. Deinde Emporii et locorum in maiori Polonia de quibus tohes iam tractatum est inspectionem, simul et Prussie Ducatus: hec res quoniam ad regnum universum pertinere videntur in his que ad instant Comitia ad Senatores et Consiliarios Regni sui Sacra

M.tas Regia de illis referet. ac quicquid erit con-
stitutu de eo primo quoq3 tempore Ill.me Do.no Mar-
chionem certiorem reddet. Cui simul cu Coniuge
sua diuturna incolumitatem. felicitatemq3 pre-
catur Ser.ma Do. Isabella Regina rationes ehia
atq3 ehia diligenter comendat.

Sigismundus primus Rex Polomæ Isabelle Regine Vngarie: filiæ sue

SER.ma etc. Misimus M.ti v. exemplu legationis
apud nos habite. nomine Ill.mi Domini Joachimi
Marchionis Brandeburgen Principis Electoris filii
nostri char.mi. ex eo cognoscet quemadmodu ille se me-
dio. et sequestro transigi velit. inter Regia Romanoru
et vestra M.tem. ac Ill.mu filiu eius. Nepotem nostru
char.mu. quod fortasse magis decerret per nos fieri.
Quare quas habet paratas iam conditiones quibus
transigi possit. Consiliariorum suorum consensu fir-
matas. per nostru hunc Cubicularium ad nos mittat
vt priores nos Legato nostro quem habemus apud Cesa-
rea M.tem eas transmittamus. quo nostro nomine potius
hec agantur. Nam proficiscitur isthuc Legatus Ill.mi
Domini Marchionis: cognita M.tis vestre voluntate.
Angusta recta iturus. sed vberius omnia cognoscet M.tas
vestra. ex nostro quoq3 Legato. quem Ill.mi Domini
Marchionis Legato adiunxerim. vt simul ad M.tem
vestra proficiscantur. Vellemus tamen prius quam illi
venerint. de rebus omnibus per M.tem v. certiores

fieri Cui causa vidue anne commendamus que pro-
ficiscenti ist̃uc aulico nostro Sanxii magna humanita-
tem exibuit. Cuiusmodi autem sit causa hec ex illius
ad nos litteris cognoscet: quas presentibus adiunctas
mittimus. Datū Viotrconie xxviii^a Nouembris
Anno Dñi M° D° xl vii°

Legatio a Sigismundo Rege Polo^e patre: ad Isabellam reginam Vngarie Vidnam: filiam suam.

Principio Regimalem M.^tem Vngarie verbis nostris
quam officiosissime salutabit. paterna nostra illi bene-
volentia deferet. ac prosperos rerū omniū successus
precabitur.

Deinde Legatus hunc Ill.^mi domini Joachimi Marchio-
nis genero nostri c̃arissimi significasse nobis dicet no-
mine Principis sui. q̃ is omnia fecerit. et facturus
deinceps sit que ad conciliandā illius M.^ti et Illmo fi-
lio eius Cesarea et Romanorū regis M.^tū amicitiā pro-
tinus existimat. q̃dq̃ quasi mandato M.^tū illarū de
conditionibus certior per M.^tem Regimalem fieri cu-
piat quibus M.^tas sua Ro.^lis transigi cū Ser.^mo
Domino Ferdinando Ro.^rū rege velit. atq̃ ideo sa-
bere se in mandatis vt ni Hungariā ad M.^tem
eius R.^lem proficiscatur. et animum eius exploret
A nobis vero petere nomine sui Principis. vt sibi
adiungeremus aliquem quem habere possit. quasi

arbitrw et totiw Legationis sue vt illo presente de rebus omnibus cw illustri Bo. M.te tractet. se itaqz adiunctw esse. et ea de causa missw vt quemadmodw velle visus est Ill.mus Do.s Marchio presens adsit atqz audiat. quae per Legatw hunc dicta fuerint.

Neqz vero ipse se ingeret. sed si ita visw sit Legato cw eo una ad M.tem R.lem adibit. Neqz prius vt in adeundo Legatw propter suspitionem vitanda. misi forte M.tas R.lis hoc postulauerit abeo. vt cw ea prius loquatur. quam Legatus auditus sit.

Sed cw venerit ad eum locw vbi M.tas R.lis fuerit. reducet in memoria Legato. q ad postulationem eius a nobis missus sit. Quamobrem si velit se adesse nomine nro cw exposuerit mandata quae habet agat cw domino Episcopo Varadien si adesse illw velit. Quandoquidem ipso autore Ill.mus Dos Marchio prouintia hanc custodiendarw rationw Sac.ma felicia nostra sortiretur.

Postea qua vero Ill.mi Do. Marchionis Legatus munere suo functus fuerit. tw noster quoqz captato tempore oportuno. semotis arbitris. ad R.lem M.tem verba in hanc sententia faciet

Intellexisse M.tem eius Regiam quibus de rebus Legatus hic ab Ill.mo Do. Marchione missus sit Hanc cw prouintia sibi deposcere Ill.tem eius. vt ipse sequestre et arbitro. de his rebus transigatur de quibus pridem inter Regia Romanorw M.tem et Sac.mw olim Do. Joannem Regem ac morbo illo inter eius M.tem Regiam cw Buda obse-

dezetur agi cepta fuit. Hic M.tas eius non pauca con-
sideranda venire. Primu sit ne decernu hoc vt alio
sequestre et arbitro componantur hac tanti momenti
qua nobis qui pater eius M.tis fuimus: atqz vt per
nuncium hunc potius domini Marchionis qua per
nos qui nunc Legatu nostru Anguste habeam q
his de rebus tractetur.

Deinde diligenter esse illi de iis deliberandu cu his
quos habet maxime fidos Consiliarios: absqz his
eiu de Regno Vngarie: deqz Ill.mo filio eius nepo-
te nostro cha.mo statui recte non posse quod presertim
robur et firmitatem sit habiturum. Preponendaqz
erunt Ser.mo Domino Ro.nu Regi conditiones
eiusmodi quae praestari a M.te regia Ro.nu possent
ni se postea maioribus implicaret difficultatibus
si conditionibus propositis satisfacere non posset.

Postremo cauendu esse ne qua ad Cesarem Turcorum pius
hac perferantur, quae exitu consequuta nemo ma-
ius ex eo M.ti eius, Regnoqz Hungarie periculu con-
flabit. Itaqz summa cautione opus esse. Porro quid
quid facere deliberatu fuerit M.ti eius de consilio
Senatorum Regni illius primo quoqz tempore nos reddat
certiores: ut nostro quoqz Legato in Comitiis Imperii
mandata iis de rebus, si opus erit dare possimus.

Cetera fidei et prudentiae Legati committim qui ex re na-
ta consilium capiet, eaqz omnia voluntate Ser.ma filia
nostra faciet, quae ad rationes M.tis eius constituen-
das pertinebunt, quatenus tamen id sine indignitate
rea eius poss.mu cura habebit. et Dominio nu nostrorum
periculo fieri potuit.

Legatio a Ioachimo Marchione Brandeburgen. electore. Ad Isabellam Reginam Vngarie.

PRimum omnium Consiliarius et Illustris noster offerat sua Ill.ma et Sex.ma D.ni praterea etiam Sex.mo Regio filio nostro cognato et affini dilectiss.mo, statim vbi exhibuerit litteras credentiales, amicitiam et officia nostra perpetua tum nostro, tum Charissimæ Coniugis nostræ Ill.mæ Principissæ nomine a deo, quæ maxima possit nobis accidere incolumitatem, quam cognoscere sua Ill.ma et Sex.ma Do.nis bonam valetudinem et omnium rerum incolumitatem. Sicut enim ad mutua officia homines inter se natura produxit, ita maxime cupit sui generis et sanguinis conservationem, ni singulis suis familiis mortalium societas naturalis.

Et quanquam cum summa voluntate ad Ill.mam et Sex.mam Do.nis scripsimus pro eo atque inter nos proxime discessum est, cum ad nos et per litteras et vivos homines mandata daret iam olim voluissemus respondere. Tamen quia omnes anguli Germaniæ pub.cis motibus, et bellis intestinis ardebant, et essent ea negotia eiusmodi vt nulli mortalium præterea fuit committenda, Noluimus aliquid facere illis turbulentissimis temporib.9 bodie cui.9 nos pœnitere posset postridie, vnde factum est, vt nostra responsio et temporum et negotiorum difficultatib.9 aliquandiu extracta sit.

QVIA vero Deus opt: Max: pro sua benignitate effecit vt hæ turbæ pro maiori sui parte consolescerent non cõmittendũ, sed nostra necessitudinis munus esse duximus, vt de omnibus negotiis ad sua Ill.ma et Sex.ma Do.nem pertinentibus primo quoq; tempore certior reddatur.

Emisimus itaq; Consiliariũ nostrũ Nobilem Gotfridũ a Camitz, vt referat sua Ill.ma et Sex.ma Do.ni, et Regio filio cognato nostro amantiss.mo nostram et promptam operam et studiũ ac summam voluntatem demereẽdi suam Ill.ma et Sex.ma D.nem et eius filiũ Regiũ. Cupimusq; vt non secus atq; si ipsi coram adessemus ei fides adhibeatur

DEinde quod attinet S. Principissã Do: Isabellã Dei gracia Reginã Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slauoniæ etc. nunciabit Legatus noster nos iam eas res omnes, quæ ad augendas fortunas, dignitates, amplitudinem nominis et famæ suæ Ill.mæ et Sex.mæ Do.nis cũ Cæsarea et Regia Romanorũ M.tibus diligentissime et sedulo loquutos esse, et rem omnem eo modo confecisse vt et Reginæ Isabellæ et Regio filio recte prospiciatur neq; enim vllũ vnquã laborem defugiturũ sumus q° possimus rem et dignitatem suæ Ill.mæ et Sex.mæ Do.nis ampliorem et meliorem reddere.

Et quia cognata et affinis nostra amantissima vna cũ filio suo cognato et affine nostro chariss.mo Mag.co Petro Petrouic Comitem a Themesswar habent fidelissimũ Consiliariũ cui omnia credant. Nunciabit nunctius noster nos orare carũ Ill.mam et Sex.mam Do.nem vt suis Consiliariis et Proceribus Regni

omnibus monendo orando obtestando sint auctores vt constanti animo fidem et partes Christianorum vsqz ad arcas retinere velint et vt summa fide Regni Sacre dem tueantur atqz consiliis suis adiuuare velint.

Quia etiã Cesarea M.tas dominus noster clemen.mus Comitia indixit Imperialia admonebit sua Ill.ma et Ser.ma Do.nem legatus noster vt Consiliarios et Legatos suos co mittat. Ibi enim cumulate declarabimus Regnia Isabellã et Regio filio atqz haredi nostra officia prout ex consili ario nostro copiose intelliget.

Operepretiũ preterea faceret Proceres et optimates Re: gni Hungarie si Legatos mitterent qui Cesarea M.tem plene informarent et de mediis quibus ipsi inter se com: muni consilio existimarent constare posse libertatem in Regno Vngarie aduersus Turcã Tirannidem. Sunt enim presentibus omnia faciliora et consilia ar: ma presidia arces Turcorũ Vngari melius norunt qz alius quispiam alienus. In qua re promouenda possu: mus confirmare voluntates omniũ ordinũ Romani Imperii maxime congruere et sine dolo.

Et quia amicus noster singularis Re.mus Do. Georgius Episcopus Varadien. Thesaurarius Regni Hungarie etc. Ser.ma Domina Isabella et Ill.mus eius filius cognatus nostri nostra fidei commisit. Confirmamus nos consilia sua Re.ma Do.nis sequuturos esse et facturos esse omnia quæ ad hanc rem pertinere vi: debuntur prout copiosius Legatus noster ista explie: cabit.

Praterea quoniam char.ma cognata et affinis nostra Regina Isabella promisit se nostro consiliario daturam copiam omnium actionum, factorum et pactorum que inter Regem Joannem Cesarem et regias Romanorum M.tes facta sunt, rogabit Legatus noster a sua Ill.ma et Ser.ma Do.ne exemplum dictorum actorum simul cum copia testamenti, ad maximum biennii relicti commodum ut ad nos deferantur. Et confido fore q Mag.cus Do.s Petronicz tanquam fidus amicus et tutor Regii Bavarie hec omnia facturus sit ultro et nichil nos set celaturus.

Postremo referet Legatus noster nos omnia quecunq3 viribus, facultatibus et gracia poterimus ad amplificanda rem et dignitatem sue Ill.me et Ser.me Do. et dilectissimi cognati nostri conversuros esse.

Interim optamus eisdem omnia felicia ut contingat eis que optaverint, ad quam rem operam et officia nostra cum summa voluntate adiungemus. Datum Colonie xx Die Septembris Anno Dni M° D° xl vii.

Sigismundus primus Rex Polonie. Ferdinando Regi Romanorum Vngarie et Bohemie.

S&z. mo Princeps et domine frater et consanguinee noster char. me. Cum essent nobis reddite M.tis v. littere quibus scripsit mandasse se Commissariis suis vt ad controuersias finiu inter bona M.tis v. subditorum et nostrorum tredecim Ciuitatu in Scepusio et iniurias subditis nostris a Mag.co Andrea Bathori illatas componendas conuenirent miseramus et Commissarios nros qui ew ad diem constitutam venissent. Commissarii M.tis vestre facere nihil plane voluerunt qua re magis etia dominu nostrorum animi exacerbati sunt. Nobis quidem nihil vnquam fuit antiquius quam vt inter M.tem v. et nostros subditos vicinos pax et amicitia coalesceret. sed videmus alios id conari vt ea eiusmodi iniuriis dirimant. a M.te v. postulamus vt hominis istius audacia refrenare dignetur, atq; prospicere vt subditis nostris iniuria quib9 a Mag.co Andria Balbori afficiuntur, sarciantur, ne et illi tot iniuriis eius adacti consilia aliqua capiant, quibus se a vi eius vindicent. Quod M.tem v. facturam plane confidimus quam bene valere cupimus. Datum Piotrcouie vltima Nouembris M.o D.o xl vii.o

Sigismundus Rex Polonie.

Ill.mo Principi domino Joachimo Marchioni Brandemburgen. Sacri Romani Imperii Archicamerario Principi Electori Stetinen Pomeranie Cassubarum et Slavorum Duci Principi Rugie et Burgrabio Norembergen. Genero nostro char.mo. Salutem et omnis amoris et felicitatis continuum incrementum. Ill.me Princeps Domine fili noster char.me. Accepimus litteras Ill.tis vestre quibus de minutiis quibusdam sibi per nostros hominis factis in finibus queritur. Nos eu anno proximo superiori Ill. vestra ad Cesaream M.tem fratrem et Consanguineum nostrum char.mum proficiscens provincia ipsius sua nobis commendasset. ut eu in absentia illius tuenda susciperemus. providimus pro viribus nostra. ne quid cuiquam in dilectione Ill. vestra a nostris presertim minutie fieret. Sed accidisse postea intelleximus ut colliculi seu aggeres nouni erigerentur ad constituendos fines inter Regnum nostrum et Ill.tis vestre dilectionem. qui quod complanati sunt. nihil est quod miretur Ill. vestra. Meminit enim procul dubio ita conuenisse inter nos et Ill. vestram eu ad causas Mag.cos Adalbertum Czema Palatinum Marienburgen Capitaneum nostrum subtumen missemus. ut in proximo vere ab utroq nostrum certi homines ad regundos fines delegarentur. Interea temporis fas non esse videbatur. ut nouni aliquid per Ill. vestra statueretur. in preiudicium finium Regni nostri.

Quam obrem plus nos ab Ill. vestra minutie accepisse videmur quam Ill. vestra a nobis. eu presertim

post colliculos illos siue aggeres complanatos. alii per bo-
mines Ill. vestre sint extincti. multo plures vt
accepimus quam ante. quos nos ferre nequaq3 possumus.
Quam ob rem ab Ill.te v. postulamus vt eos ipsa
potius complanandos curet. Nos porro quod per
Mag.cum Acdatiu Cesena a nobis Ill. vestra postulauit
libenter certos Commissarios designabimus. qui proxeimo
veris in rem presentem veniant. deq3 finibus inter no-
stra et Ill. vestra dilionem vna cum illius Commissarijs
cognoscant. ac si fieri possit amice de his transigant
nichil hactenus pretermisimus. quod ad bona vicini-
tatem et amicitia inter nos conseruanda pertineret.
Nam et Legatu nostru ea de re misimus ad Ill. ve-
stra cum eu ab Ill. vestra mitti ad nos fortasse ma-
gis decuerit et curabimus diligenter ne quid a nostris
nouatur neue aliqua occasio detur litibus et
contouersijs. ab Ill. v. postulamus quo et ipsa eam-
dem curam adhibeat. in prohibendis suis auctoribus
litium occasionibus. atq3 suis serio mandet. integra vt
omnia esse velint vsq3 ad id tempus quo vtriusq3
nostru Commissarii conuenerint. de quo aliis litteris
nostris Ill. vestra breui certiorem reddemus.
Interea vero recens extructos aggeres complanan-
dos et solo aequandos curet. Valeat fel.me Ill.
vestra. Datu Liteconie xxvi.a Decembris Anno
domini M.o D.o xl vii. Regni nostri xli.

Regi Galliarum
Sigismundus primus Rex Poloniæ.

Gratissima nobis acciderunt litteræ M.tis v. neqz minus
grata fuerunt, quæ verbis illius nobis renunciauit Mag. dñs Monluch orator illius et Consiliarius et libello
rum magister. Nam quod omni studio contendendum a
nobis fuerat, id ipsa nobis M.tas v. cum per litteras
tum per oratorem suum prolixe detulit, seqz sicut in
regno ita etiam in amicitias paternas successura
pollicetur: facturamqz vt omnes intelligant, quæ su
ma fuisse constat inter Christianissimum dominum pa
rentem Sacræ M.tis v. et nos necessitudine, de ea
non modo non esse remissum quicquam verum etiam no
va quadam accessione aucta esse et amplificata.
Neqz vero verbo id magis pollicetur quam re præstitit.
Nam cum esset Sereniss. filia nostra domina Isabella
Hungariæ Regina apud Cæsarem Turcarum non nihil ne
gotii, cuius causa nos quoqz Nuntium ad illum nostrum mise
ramus, fecit M.tas v. pro humanitate sua singulari,
vt per legatum suum quem Constantinopoli tum habebat,
non minore qua nos studio ipsi rationes illius ad
iuuaret, quo nomine nos M.ti vestræ debere plurimum
profitemur. ac dolenda quidem nobis accidit mors
Christianissimi domini parentis M.tis vestræ, seq ma
gna ex eo consolationem capimus, qd non corpore magis
quam animi illius imago M.tas vestra non Regno modo
verum et in virtutes paternas successerit.

Quod autem noua quadam affinitate M.tas vestra
constituta inter nos amicitiæ arctius ac colliga

tam esse vult, vt propinqua M.tis vestra qua filia loco
chara habet, Ser.mo domino Sigismundo Augusto
filio nostro char.mo in matrimoniu collocetur,
hac quoq3 in re studiu erga nos non mediocre M.tis
vestre agnoscimus: qua certo sibi de nobis per-
suadeat, nihil nos fuisse visuros libentius, quam vt
tam ardenti desiderio M.tis vestre satisfactu fuisset,
sed fuerunt causa legittima quam ob rem id a Ser.mo
filio nostro fieri non potuit, cuiꝰ M.tas v. sententia
ex his quas scribit litteris fusius cognoscet: Quic-
quid autem ea de re M.ti eius statuere visu fuerit,
non minore tamen M.ti v. necessitudine vna cu
illius M.te deuincti esse volumus, qua si affinitas
quem optabat exitu M.tas v. consequuta fuisset,
quod sibi certo de nobis persuadeat a M.ti v. petimꝰ.
Ac Ser.ma domina Isabella Hungarie Regina ve-
stra M.ti diligenter cómendamꝰ, et maiorem in mo-
dum rogamus, vt Legato suo si quem habet adhuc aut
habitura est domi cepꝰ apud Cæsarem Turcarum
negotiu det, qui Mtis vestre nomine presto illi
adsit in rebus omnibus his, quibus opera illiꝰ opus
habuerit, omni officii genere nostri officiu hoc
vestra M.ti per omnem occasionem compensare sem-
per studebimus. Datu Liptouie xx Decembꝛis
Anno domini M° D° xl vii

118

Sigismundus primus Rex Polonie Regi Gallie.

Et litteras M.tis v. reddidit, et que a illa habuit mandata, exposuit nobis Mag.cus dominus Monluch orator M.tis vestre libellorum Magister, vtrumq3 nobis gratum accidit. Nam et littere singularem quandam humanitatem redolebant: et ex suo sermone legatus M.tis vestre subsequutus mirifice est, vtrumq3 autem ex re cognoscere licuit non mediocrem M.tis vestre erga nos amorem et benevolentiam, quam Chri.mo Domino parente suo sibi per manus traditam, non modo retinere nobiscum, verum etiam augere cupit et amplificare. Ingentes M.ti vestre gracias agimus, qua tam propense sue erga nos voluntatis tam illustrem significationem, non scriptis modo litteris verum etiam oratoris sui viua voce nobis dare dignata est, de qua ne antea quidem fuit per nos vnquam dubitatum. Clarissima enim huius egregii erga nos animi sui documenta M.tas vestra dedit, cum non minore studio quam nos ipsi, aut Ser.mus pater noster Ser.ma Domina Isabella Hungarie Regina soror nostra dulcis.ma rationes apud Turcarum Cesarem admittas cupiebat. Quo nomine plurimum nos M.ti v. debere profitemur, quod si reffere parem gratiam non licebit, gratam certe et memorem voluntatem perpetuo M.ti v. prestare conabimur. Quare quoniam certius explorata habemus illius erga nos nostrosq3 benevolentia

benevolentia singulare, hoc nobis magis eo nomine
gaudemus, qp Mtas vestra non Regni modo ververia
virtute et amicitiarum paternarum successor esse volue:
rit, vestra vero Mti plurimum hanc in paternum solium ve:
ctionem gratulamur, atqz vt in columis ad Regni sui gu:
bernacula quam diutissime sedeat, et feliciter tractet,
non sui modo Regni ververia vniuersa reipubca Christiana
commodo ex animo Mti vestre precamur, et optamus.
Sane aliter atqz nobis ipsis, lata omnia illi et secun:
da euenire cupientes. Quòd vero Mtas vestra ex
abundantia quada amoris erga nos sui, qua est inter
nos constituta, iam inde a maioribus vtriusqz no:
stru amicitia, eam nouo affinitate confirmata cupit,
atqz cu ea nos virgine matrimoniu contrahere vult
quam sibi sanguine iuncta propter multas praeclaras
dotes, quibus affatim est a Deo cumulata, felicissimu
charam esse scribit, hinc quoqz non leue argumentu
sumimus praestantis erga nos illius voluntatis, qua
nobis gratior est qua vt vlla ratione satis explicare
possimus, quod cu summo studio per nos fuerat ex:
petendu, vt tantu Regem ducta in vxorem propin:
qua illius arctiore necessitudinis vinculo colligatu
nobis haberemus, id ab ipsa Mte v. vltro nobis offerri
facile ipsa perspicit, quàm gratu nobis et iucundu
accidere debuerit. Sed eo loco nunc sunt res nostra
vt non maiori vestra Mti quàm nostro ipsorum desiderio
satisfacere nobis minime liceuerit, quod ne durius
accipiat Mtas v. maiorem in modu ab illa petimus.
absqz hoc etia sancte constituta inter nos amicitia
colemus: ac quibuscunqz rebus nostru erga Mtem ve:
stra studiu declarare nobis liceuerit, omnem eius rei
occasionem tanta alacritate arripiemus, nullu vt

diem Sclarem magis sumpturi sumus, quàm q.ª M.tem vestra officio aliquo nostro demerendi facultas aliqua dabitur. Hoc sibi certo de nobis polliceri poterit. non fallemus hanc illius de nobis opinionem. Cui nos nostra benevolentia qua possumus officiosissime commendamus, ac simul a M.te vestra petimus vt sororem nostram dulcissimam Ser.ma Dominam Isabellam Reginam sibi cómendatam habere, ac si vsus fuerit prasto illi ea qua plurimum valet apud Cæsarem Turcarum auctoritate adesse velit. Servet Deus M.tem v. diu incolumem et felicem. Datum Liptcomiæ xx Decembris M.o D.o xl vii

Sigismundus I. Rex Poloniæ
Duci Ferrariæ.

Ill.ris etc. Meritò Ill.tem vestram amamus, et plurimi facimus, quæ tanto studio aucta cupit et amplificata constituta sibi nobiscum necessitudinem et connunctionem. Hoc enim ex Christianissimi Galliarum Regis, vestrisq; Ill.ris litteris, tum ex Mag.ci domini Montluci sermone cognoscere licuit. Hæc tam propensa in nos et Ser.mum filium nostrum Ill.ris vestra voluntas, non potuit nobis non esse gratissima. Sed fuerunt certa causa quamobrem Ser.mus filius noster Ill.ris vestræ animo satisfacere non poterit, quemadmodum ex litteris illius Ill.tas v. fusius cognoscet. A qua petimus ne durius accipiat, quòd nos in præsentia gestus non est. Nam idem futuri sumus nihilominus, qui futuri examus, si hæc

inter

Ser.mum filium nostrum et Ill.tem vestram affinitas contracta fuisset. hoc sibi de nobis certo polliceatur licebit. Datum Piotrcomiae xx Die Mensis Decembris Anno Dni M.o D.o xl vii.

Sigismundus Augustus Junior Polonie Rex Eidem Duci Ferrariae.

Ill. &c. Quibus de rebus scribit ad nos Ill.tas v. de iis perquam accurate Christianissimi Domini Galliarum Regis nomine nobiscum egit Orator M.tis eius et libellorum Mgr Mag.cus Dominus Montluc simul et litteras nobis M.tis eius reddidit ea ipsa de re diligenter admodum et peramanter scriptas Nos vero cum illius M.tis causa tum q Ill.tem vestram plurimi facimus. tantae utrimsq voluntati libenter admodum concessissemus. Verum eo nunc loco sunt rationes nostrae. ut neq illius M.ti. neq vestrae Ill.ti. neq nostro ipsorum desiderio satisfacere nobis licuerit. Quamobrem dari nobis ab Ill.ti v. venia petimus. facturi nihilominus ut quae constituta est inter nos amicitia ea sancte colamus haud aliter quasi sequutum hoc ipsum esset, quod amanter adeo fuit a nobis postulatum. Quo nos esse loco cupiebat Ill.tas v. omnia a nobis amantis patrem filii officia expectabit. Nos si minus sanguine animo tamen Ill.ti vestrae perarcte coniunctos et colligatos semper esse volumus. Cui autem non sit firmiorum esse voluntatum quae sanguinis coniunctionem vel hac re satisfacturos nos

Ill.te v. polliceamur, quandoquidem hac sola nu-
posse videamur. Datæ Piotrcoviæ xxe Decembris
Mo Do xl viio.

Annus Domini 1548

Sub finem anni 1547. Indictus fuit Comentus regni generalis in Petrkow: ad diem S. Nicolai ad quem Consiliarii et reliqui Senatus commorati fuit literis sequentibus.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Regni sui maioribus

Magcae
Rx de in Chro pateꝛ: sincere nobis dilecte. Posnlant hoc
regni nostri rationes vt modum et viam inuestigemus,
qua possint impendentia illi pericula propulsari, quod
non ab hostibus Chriam nominis maiora, q̄ ab his ipsis
metuenda sunt, qui se fidei Chriane propugnatores pro-
fitentur. Sunt quidem terre nre Russie et Podolie in
magno discrimine. q̄ earum partem sempiterni
Crucis Christi hostes vendicare sibi conantur: eas
quibus missus est. ex sententia confecit etiam atqz etiam ro-
gamus Ill. v. qua plurimu ipsi hic valet gracia et auctori-
tate efficere velit vt cu optato responso primo quoqz tem-
pore ad nos redeat. Certe hoc ad mutua amicitia
et benevolentia non modo inter nos verum etiam inter po-
pulos vtrunqz nostru, non retinenda magis qua augenda
et amplificandam. Cracouie vltima Januarii Anno
Dni M° D° XL viii

Sigismundus Secundus Rex Polo[n]

Maximiliano Archiduci Austrie
filio Ferdinandi Romanor[um] regis

Illme Princeps [et] Ill.tis v. litteras tanto nobis gratiores
acciderunt quanto magis eam ut insignes notis quibusda[m]
egregie illius in nos voluntatis. Gratulamur vehemé-
ter animum hunc M. v. Nam cui præclarum sit in amplissima
regna provintias multas. Ciuitates copiosas succedere,
quas ab auis proauis atauis vtrinsq; suis sibi relictas, ve-
stra quoq; Ill. Ser.mi et Excellen.mi D. parentis illius sunt
relicturi. Haud scio an minus sit præclarum et expetendum pa-
ternarum auitarumq; amicitiarum hæredem esse et successorem
Regnorum enim successio absq; hac minus firma fixa stabilis
et diuturna esse consuevit. Hæc vero ad illa vbi accesserit
tantum esse firmitatis additum videtur, vt nulla sit aduersitas
metuenda. quare laudamus hanc prudentiam M vestra,
quod vero laudamus in eo præstando nos quoq; non commit-
temus vt posteriores tulisse videamur. Nam et nobis nichil
in vita magis fuit propositum quam vt sicut Regni ditionumq;
paternarum et auitarum ita amicitiarum earundem succes-
sores esse possemus. Quoniam vero non cuilibet magis quam cui
hæc nicolita Austria domo, iam inde ab auis proauisq; et
ab auis vtrinsq; nostrum nobis ingens est amicitia constituta
de ea non modo retinenda rerum etiam augenda et ampli-
canda prima nobis cura est et sollicitudo. Itaq; certamen
iam hoc amoris et benevolentiæ mutuæ Ill. v. indicimus
et denunciamus, ad quod ita se paret vt cui eo sibi rem
esse sciat, qui nulla re minus quam amore et benevolentia

ab Ill. v. se vnica sit passurus. Quod superest nos fraterno illius amori commendamus atqz vt Legati Scz.mi D. parentis nostri res si nondu ex sententia confecta sunt sua apud Imp. Catholicu et Regia Rom. Mtes aut Sanitate adiutas velit etiã atqz etiã a M. vestra petimus Datu Liotzcowice vltima Januarii. Anno Dñi M° D° Xl viii

Sigismundus Augustus Rex Polo &
Ferdinando Romanor etc Regi.

Scz.mi Rediens ad nos cr nostez vna cu adiuncto sibi secretario Humanitatem erga se v. Mtis praedicauit legz amica transactione nos certiores reddidit, qua nos grata grata habentes per eundem Secretariu nostru, pecuniã constitutam vestra Mti mittimus, cui dimidia partem etsi ex pacto soluere non tenebamur, nisi post tres alios Menses, quo magis tamen cognoscere posset quanto illi studio gratificari cupiamus quæ post trimestre spatiu soluen erant millia quindecim ea reprezentazi nunc simul fecimus vna cu aliis millibus quindecim ac tota summa triginta millia ad constitutu locu deportazi iussimus omnia semper facere parati quæ ad patrocinã vestra Mtis erga nos benevolentia non modo retinenda verum etiã augenda visa fuerint pertinere. Datu Liotzcowice iii Februarii. M° D. Xl Viii

Sigismundus primus Rex Polonie
Elie.
Palatino Valachie

Magce Domine vicinie fuicere nobis dilecte, qua nobis et Sex.mo Principi domino Sigismundo Augusto filio nostro charmo Nuncii S.v retulerunt quaqz illis a nobis responsa sunt ex illis S.v. cognoscet quod videbatur deesse foederibus hoc adiectu est. Ita et Sex.mus filius noster in illud iuxauit et Consiliarii nostri iuxeiurando suo illud comprobarunt id quod vberius Nuncii S.v. illi referent quos benigne a nobis habitos nicolumes ad S.tem v. remittimus, qua bene valere cupimus Datu Piotrcouie iiii Februarii M D Xl viii

1706.

Proposicio coram Senatu in Comentu Pietrcowien per Samuelem Maciegewski Epm Cracowien Regni Polonie Cancellarium

Jn Comentus agi coptus fuit ad. x. decembr
Jn fine anni 1547.

SAcra M.tas Regia dominus noster clemen.mus quoad longissime potest respicere spatiu preteriti temporis et administrati Regni sui memoria recordari. ita se mandata a Deo sibi prouintia gessisse recolit. nihil vt se preter misisse putet quod ad offitiu amantis subditi Principis et eius qui iure merito patria patre appellari queat pertinere videri possit. nihil vt a quoquam obtrici sibi vere posse credat quod minus clementer et mansuete mitius iuste et moderate pro qua draginta hos et amplius annos facta a Mte eius videatur. ita vt quae a Samuele quonda prophetta dicta sunt. ea sibi verba iure suo vsurpare queat. Loquimini de me coram Domino et coram Christo eius. vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinu. si quempiam calumniatus sum. si oppressi aliquem. si de manu cuiusquam munus accepi. et contemna illud hodie. restituamq vobis. Testis est dominus aduersus vos et testis Christus eius ni dicat hac quia non inuenerit me in manu mea quicquam. Nihil est q ipsa loquatur regia M.tas loquuntur hec tecta et parietes. loquuntur agri. loquitur splendor equestris ordinis. loquuntur opes. quoquo vertas oculos clamant omnia

83

et sancte et iuste sapienterq; ac feliciterq; administrari
per hec tempora Regni sacra M.tas regie locuples
dant testimonium.

Qui sunt provectioris etatis ii meminisse possunt quo
statu Regnum hoc fuerit cum ad eius gubernacula M.tas
hec regia vocata fuit. si quis conferat cum statum qui nunc
est cum illo qui tunc erat habebit quod agat gracias Deo
cui clementia et misericordia libentius hoc quam
sua ipsius virtuti acceptum referet Sacra M.tas regia
pacatior et multo florentior nunc est regnum et ciuitas
status quam illo tempore fuisse videtur quin etiam si quis
diligenter secum expendat quo loco sint non modo
finitima nobis vicinia remotiora illa Christiani or-
bis regna et provincie atq; ea cum hoc nostro compa-
ret facile perspiciet non modo tollerabiliora hic esse
omnia verumetiam preclare nobiscum agi et cum primis
felix hoc regnum dici posse cum illis collatum adeo nusq;
non plus turbarum plus tempestatum plus calamitatum
est quam sit in hac nostra patria quo nomine agit M.tas
eius ingentes gracias diuine M.ti cui hoc solidum esse
beneficium agnoscit atq; illi se una nobiscum omnia hec
habere profitetur sed illi gloriam omnem tribuendam in
illo fiducia deiecta etiam sua collocatum persuadet
sibi M.tas regia quantum humano consilio prouideri
potuit se quoq; fecisse omnia quo regnum hoc quam ma-
xime tranquillum et quam florentissimum esse posset qua-
libet cum affecta etate et valetudine sua nihil tamen
preteriisse unquam quod ad eius quietem et tranquillita-
tem conseruanda pertinere videretur. Neq; sumptibus
ullis peperci dum modo suorum otio prospicere et eorum
fortunas incolumes conseruare posset: ita ut nulla
in re officio suo defuisse videatur.

Atqz ita res acta est in Comicijs iam aliquot vt eorum vsus prope modum esset nullus, nam de quibusuis alijs rebus potius quam de his quae ad regni defensionem pertinerent agi: tatum est: neqz vlla alia defendendi ratio constituta fuit preter expeditionem generalem qua vti sicubi vis ma: ior aliqua non exigit, nihil est aliud quam ipsum Regnum po: pulationibus vexare vltimum hoc vt sit remedium ad quod non nisi cum summa cogit necessitas veniendum est.

Cum itaqz continuis iam annis aliquot nullus prope Co: mitiorum vsus fuerit poterat M.tas eius animum et ipsa de: spondere atqz eorum salutis curam abicere qui ipsi eam quasi pro derelicto haberent: sed vicit amor patrie, neqz adduci potuit M.tas eius vt non toto quod aiunt pectore ni eam pro vitali sua tuenda niteretur, quamobrem nunc quoqz Co: mitia edixit, minora prius de more: deinde maiora hac ni quibus qua de re consultatio habenda sit ex Nuptijs M.tis eius ni minoribus Comitijs D.nes vestra cognou: erunt, vbi sua Regia M.tas nisi felicitatem deploraui[t] q cum nihil ipsa non faciat quod quidem ad sum officium intelligat pertinere, hactenus tamen efficere non potuerit vt serio de Regni defensione consultatio suscipiatur cum tamen si vlla alia hac tempora sint cum primis periculosa.

Qui metus fuerit iniectus de arce Balakli, qua Turcae munire contenderent cum summo regni huius periculo teneat procul dubio D.nes vestra memoria. Neqz vani fuerunt hi terrores, nam quid redierit ex Turcia Nun: tius Regia M.tis renunciauerit, cum ea de re mentionem iniecisset, cuiusmodi responsum a Bassis tulerit, memi: nisse queunt ii qui ex Do.bus vestris presentes tum affuerunt.

Quantu autem regni interesset, vt Castrewida Turcis ne occupetur, qui sitw eius loci explorate habent dicere possunt, qui eiusmodi esse dicitur, vt si semel, quod absit arx in eo loco sit a Turcis edificata vel restaurata plurimu exercitu omnimodi Russiae terris, quin et magno Ducatui Lithuaniae inferre possit.

Itaq; Sacra M^tas regia, omni cura, diligentia et labore prouidendu esse putauit, vt ne quod erat a Turcis nisi tutu id perficere possent. Verso per generalem expeditionem id prouidere commode non potuit, quia non minorem propediem calamitatem regno fuisset allatura, q' si (quod absit) hostis eam peruasisset. Itaq; ex fisco suo M. tas Regia pecunia numerari, et conscribi militem iussit, quem ad fines misit: et quo maior esset numerus, misit eodem aulicos quoq; suu comitatu. Neq; vero cessit paterno defendendae patriae studio Ser.mus Rex minor, misit ipse quoq; turmas equitu aliquot, ac voluit in procinctu esse iussit, mandata simul dedit, vt cu eis postularet conuenirent cu nostris: et si quid agredi Turcae conati essent eorum impetu propulsarent. Ita Dei misericordia et vtriusq; M^tis regia prouidentia factu est, vt non modo cogitata Turcae non perficerent, sed ne aspirare quidem ad eu locu, de quo muniendo deliberationem susceperant auderent. Ita factu est Dei beneficio, vt hoc anno pacata fuerint ni finibus omnia praesidia propterq; quae ni eis collata fuerant.

VEru ni terra fisco regiae M^tis tantu decesset, vt nihil set q ni eo quicquid domicelli in fiducia reponatur effusu erit quicquid erat pecuniae ni parcendu

Regia M.tas non putauit du suorum saluti prospicere co-
natur. Nr non ni militem modo vno vel altero anno alen-
du arc proprio multu expendit verumetia ni alia plaraq
pro eo vt Reip. ca necessitas postulabat. Anno proxmo
superiore qua fuerit Cesarj Turcarum legatio cu satisfierj
Tartaris postularet de damnis datis direpto et niflámato
oppido Ochakowiew Do.nos vestros procul dubio tenent me-
moria. Violatu esse fedus ni terpretabatur ac ni sa-
tisfactu esset Tartarij bellu denunciabat. Sacra regia
M.tas etsi nulla eius rei culpa sustinebat q contra
voluntate id eius accidisset. quoniam tamen eius fa-
cinoris autores deprehendi non poterant qua non
rapuit exolut ac multa millia de suo numerauit. vt
iuste offensu Cesarj Turcarum animu placaret. ne nu
rumpendo federa contra fidem ni terposita occasionem
aliqua dedisse videretur. Jam vero quantu abit pecu-
nie ni donatiua qua Tartaris quotannis dantur. du
pax ab eis redimitur.

Quantu ni alendos terrarum Nuncios qui continuis ia
annis aliquot nulla seria consultatione de regni defen-
sione habita. rebus prorsus nipcis domu discesserunt
Magnu ea res dolorem affert. Mti regie priuata fere cu-
rari: omnem de Repub.ca sollicitudinem abiecta esse
cu presertim hoc tempore maiora nobis impendere
pericula videantur q vnqua antea. idq ex omnib
fere partibus orbis. vt non minus ab ipsis Chrestianis
qua a Barbaris metuendu sit.

Quod cogitata Turcus hoc anno non perfecit est q
agamus Deo gracias qui Mti regie ni ea mente
impulit vt opes suas liberalit ex profunderet. du

pernicios as huic Regno Turcarum cogitationes impediret.
Nam etsi non ita magna fuerunt in finibus copiæ nihilominus
tamen Turcis terror iniectus est, quod vulgo ferebatur Maiestatem
Regiam in maiorem, a qua sese propter vicinitatem ipsius et alia
non mediocriter timere videntur cum octoginta millibus in finibus adesse: quo rumore deterriti sunt, ne
quod fuit illis institutum id perficere conarentur, sed
solent illi tamen portendere, si quid eis omnino faciendum deliberatum est, neque nisi perfecta se conquiescere: quam ob rem
urgens est periculum, ne proxima insequenti æstate opus
aggrediantur, a quo sunt hoc anno exercitus nostri
terrore depulsi. Illud minime vanis authoribus dicitur
Regia M.tas mandasse Turcarum Cæsarem Tartaris,
ut hac etiam hieme in terras Russiæ et Podoliæ irrumperent
et quia longe late sese fusi late possent eas ferro atque igni popula-
ri conarentur. Ex his coniecturam facere licet, quantum
eius indutiis fidendum sit, quas cum eo pactas habemus.
Nam sub hoc indutiarum tempore Castrum Ochakow quod
nostrum aliquando fuit, in suam potestatem redegit: aliud
vero Tobimia in solo nostro exædificarunt, idem de Balaklii
facere cogitat. Campos vero in Podolia cum primis uberes
longe late que occupavit ad decimum ab arce Bracslaw mi-
liarium, ita ut prædem per eum violatæ esse inducia vi-
deantur.

Narratur autem vulgo, quod cum Cæsarea quoque et Regia
Ro.rum M.tibus quinque annorum inducias fecerit, quod
si ita est, quis non videt magno nos in periculo esse
constitutos. Nam si cum secure ab illis fuerit facilius
adduci poterit, ut in nostros fines inundet, et quæ præ-
animus eius parturit, ea tandem pariat. Dicitur ille
quidem contra Cæsarum Regem omnes vires suas

conuertere velle, caterew exploratu hoc habet Sacra
M^tas regia p^r ew ab instituto Basse deterreere conantur
atq; authores illi sunt, vt ni has potuis terreis impetu
faciat: vehementer ew animi rorew a bello trans mare
gerendo abhorrent atq; ita rationes omnes quae sunt
quibus fedus quod ew Turcis habemus eumpi possit, ac
Sendziacos qui nobis finitimi sunt instituunt vt aliqua
rumpendo federi dent occasionē. Quid quod inducia
ew Turcis non esse dicuntur, nisi quoad aut haec M^tas
regia senior, aut Caesar iste Turcarew superstes fuerit
Deum precamur vt regem hunc et dominu nostrew
clemen. mu qualongissimo tempore seruet nicolumem
et omni felicitatis genere cumulet, sed vt summus
omnes mortales, neq; scimus vesser quid vehat scire quisquā
potest, si quid ei humanitus opinione citius accideret
quae futura esset perturbatio, si nos imparatos quod absit
aggredi Turcae conarentur. Quod si vero Caesar iste Tur-
carew moreretur, sic quoq; transacto indutiarew tempore
extra periculu futuri non essemus. Atq; ita vident
D. nes vestrae quantopere sit necessarew vt regni rationi-
bus tempori prospiciatur, ne tu demu de regno tuendo con-
silia suscipiantur, ew arma potius expedire necessitas
suadeat. Felicem aiunt esse Remp. eu quae pacis tempore
quae belli sunt cogitat. Ita ew proceribus hostis est, seratu
esse dicitur de eo propulsando consultatio. Quae sint vices
situdinis temporew facile D. nes vestrae perspiciunt, sicut se-
renu tempestates excipiunt et pluuiae ita post longam
quietem eruenta persepe bella secuta esse videmus, quae
quanto magis inopinata eueniunt tanto sunt eius
regno et rei. ex periculosiora, ew praemissa bella mi-
nus nocent.

Quam obrem D.nos vestras etiam atq; etiã hortatur Sacra M.tas regia, vt serio tandem de propulsandis a suis ceruicibus periculis consultationem capiant. Dum dies est bonum operemur, venit nox quando nemo ea operari poterit. Nam cõmunibus modo Christiani nominis hostibus nigens patrie nostre discrimen impendet, verum et ab his quibus ea accepta regia Mti necessitudo quibus ea religio cõmis est, plus prope modum a Christianis q̃z a paganis metuendum nobis est.

Agitur nunc de restituenda Crucigerorum ordinis terris Prussie deq; Nepote regia Mti hinc exturbando. Qui se Magistrum eius ordinis ac terrarum Prussie dominum profitetur, is ante suo et in Gallia anno ab hinc lustro et in Germanico hoc tumultu Equites complures alisse Cesareaq; Mti egregia opera nauasse dicitur, non alia sumptum et laborum spe mercedis proposita q̃z q̃ ab illa admittum se ici putat, quo minore negotio terras Prussie pocius posset. Quamuis autem de Cesarea Mte meliora sibi hac M.tas regia polliceatur, ita vt nihil ea factura confidat a tam arcta necessitudine alienum. Hoc tamen nitetera non ignorat M.tas regia, q̃ ob certas quasdã suspitiones illustri domino Duci in Prussia Cesarea M.tas est offensior. Neq; potest non metuere, ne plus apud illã valeat indignatio concepta erga dominum Ducem, quã gracia qua plurimum valet apud illã hec M.tas regia que fecit omnia vt maturo consilio quod impendere bellum videtur id propulsaret: atq; eadem de re Legatum suum ad Imperii Comitia misit, quid ille perfecerit nihil adhuc habet explorati. Sed illud nitetera Mti cõmunicatur, q̃ centuriones et milites in Liuoniã submittuntur q̃z Magister Liuoniæ cum suis omnibus in

in procinctu esse iussus est. Et a domino Duce et Consiliariis terrarum Prussiæ crebris litteris M.tas eius admonetur, vt terris illis prospiciat de quibus inuadendis Magister ille consilium cepisse dicitur, cuius etiam rei voces a quibusdam exceptæ sunt. Quam ob rem ex omni prope parte septentrionibus esse videntur statuere vt non possumus ii ne magis nobis qui amici tamen esse videntur an qui hostes ex professo sunt metuendi nobis veniant. Hora itaq; est nostra de somno surgere, ac de patria defendenda ratione serio magis q; adhuc factum esse videmus, tandem aliquando deliberationem suscipere.

Postulat itaq; M.tas Regia vt de duplici defendendi ratione regni deliberatio suscipiatur. Primum vbi maior quemadmodum propulsari possit. Deinde qua ratione minores et leniores excursiones hostium finibus reprimi queant. Nam si statim expeditio sit generalis decernenda simul vt renunciatum fuerit non maximas copias in tras Russiæ et Podoliæ inuasisse, facile perspiciunt D.ni vestra sero venturos, irruptionem qui eiusmodi impedire conentur. Primum enim nostri milites sedibus loco mouentur, iam illos vastatis agris, abactis hominum pecorumq; quibus possent rebus direptis, villis et oppidis incensis, quæ omnia in hostium potius capita Deus vertat, in domum reditures. Itaq; nihil aliud ex eius modi expeditione secuturum est, q; p has regni partes hostes populati non essent, eas nostri fratres factores non minore prope q; hostes incommodo vexarent, sicut in expeditionibus istis generalibus fieri plerunq; solere videmus.

Sed Deo irato nihil est quod recte constitui possit. Hunc ergo ante omnia placandum censet M.tas Regia

Placabitur autem si ratio inuenta fuerit qua cedes re-
primi, perniria vitari, indilia ita exerceri possint
vt nulli iusta querendi detur occasio. Quod non aequabilius
reddatur Regia M.tas quotannis sub Comitiorum tem-
pus, tribus id maxime rebus forte constituendis ad Se-
natu et consiliu vniuersorum referet.

Sed qui fiat stare non potest, vt non sit adhuc via et ratio
reperta, qua effici possit, vt cedes fiant remissius, vt per-
iuria ne cõmittantur, vt uis cuiqz sua citra mora aliqua
tribuatur. Non modo non facti sunt homines mitiores,
verum etia efferi prope magis quotidie, adeo manus nõ
abstineant a fundendo sanguine Christiano, neqz linguas
a peierando, vt quae grauissima sunt omniu scelera
usu facta sunt ia tolerabilia, et prope modu a nonnullis
non habeantur pro peccatis. Duo ergo quemadmodu
haec prohiberi possint, non satis diligenter consultato
quid sit vt irato Deo rationem explicare non possum,
qua externa incommoda propulsari queant rebus do-
mi non constitutis.

Quam ob rem hortatur M.tas Regia, vt nunc maiore
qua antea diligentia hisce de rebus D.nes vestra consi-
lia inter se conferant, et quibus modis ferocitas ista sce-
leriorum reprimi possit prouideat.

Ante omnia vero necessariu esse censet M.tas regia
vt ipsi inter se D.nes vestra pacatis sint animis, vt
si quid habet alter erga alterum, in quo se offensum putet
aut pro eo vt Christianos facere par est, remittant mu-
tuum, quo et ipsi peccatorum suorum remissionem, quibus
multo grauius quotidie Deum offendimus, omnes con-
sequantur: aut saltem in aliud tempus reiiciant.

Nunc vero sicuti multi magno et excelso animo prædi-
vici fecerunt quando de repub. fuit consultandu offen-
siones suas reip. ex condonent. Nam si quod procul
Deus omen auertat plus apud D.nes vestras valuerit
odiu erga proximu et illius vlciscendi cupiditas q3
amor patrie et defendendæ illius studiu nihil est
quod speremus salubre aliquid statui posse. Quoru
eiu consilia reip. ex prodesse debent eorum animos ab
omni affectione liberos esse oportet ut neq3 metu im-
pediat neq3 gracia quo minus quod quisq3 rectu esse
censet id libere dicat neq3 transuersu quenquam odiu
rapiat aut cupiditas quæ maxime sunt consiliorum
testes. Meminerint D.nes vestræ agi commune peri-
culu omniu agi de fortunis de vita et libertate sin-
guloru: quæ vt ita conseruemus sicut accepimus a ma-
ioribus nobis tradita omni ope nobis est contendendu.

Quam obrem etiam atq3 etiam hortatur et monet D.nes
vestras regia M.tas vt omnia postponant alia de so-
luis reip. ex defensione sint solliciti. Quod ipsa atti-
net M.tem regiam quamlibet et ætate et valetudine
sit affecta faciet tamen omnia ne quis in ea boni Regis
et amantis reip. ex salutis Principis officiu requirere
possit. Quod si non omnia per valetudinem sua et æta-
tem nigrescentem ipsa præstare possit propterea
Ser.mus filiu suu accersiuit baculu suæ senectutis vt
quemadmodu superioribus proximis Comitiis uno
ore omnes postulare D.nes vestræ visæ sunt præsentis
illius potestatem haberent ac per illius saltem M.tem
D.nis vestris satisfieret si quid per alterius imbecillita-
tem præstari non posset.

Quo magis autem examino vnusquisq; vestrum recip.ca
prospectu voluerit, quo maiori cura ni salutem eius
conseruandam curauerit, hoc vberiorem ea re sibi
vtrique M.tis regiae gratiam demerebit.ur. Neq; enim vtraq;
M.tas quicquam cupit impensius, q; vt omnes omnia
fideliter adeant, quae ad impendentia cõmuni patriae
pericula propulsanda putauerint pertinere. Quantum
illorum attinet M.tem, nihil vtraq; desiderari ni sepassu-
ra, quod ad officium vtrius q; quo quo modo spectare vi-
sum fuerit.

CAROLVS Quintus Cesar Catholicus Sigismundus primo Regi Polonie.

SEr.me Princeps frater et consanguinee obseq.me Admoniti sumus a fide dignis hominibus, nitere vestre Sere.tis et Ill.ris Joannis Marchionis Brandeburgen. etc Principis et consanguinei nostri obser.mi subditos controuer: sias nuper agitari coeptas de finibus ditionu finitimarum eog3 progressu esse vt gliscente partiu studio spretis pactis de quibus iam olim nitere Sere.tem vestram et Marchiones Brandeburgen. pactu conuentug3 erat subinde ros nitere vicinos populos ad arma deueniat. Quae sane nobis causa fuit, vt ad prefatu Ill.rem Principem et consanguineu nostru Joannem Marchionem Brandeburgen. litteras dederimus quibus illi serio iubemus vt ab armis abstineat et controuersia si qua ou vestra Sere.te eiusue subditis habeat, vel per Comissarios de consensu partiu deputandos terminari paciatur: aut eo rem deduci vt Consiliarii vtrinq3 eligendi in vnu locu conueniant qui de controuersia inter se amice conferant, transigantq3: vel saltem rationem ineant, qua hec differentia decidi et e medio tolli valeat. Et ou non dubitemus illu monitis p nostris parituru esse. Itaq3 Ser.tem vestram hortamur ne obnixe petentes, vt rem ex sua quoq3 par: te ad eos terminos reducere et suis ministris et subditis vt idem faciant mandare velit, neq3 permittere vt illoru studiis alendis dissensionibus et Principu animis exacerbandis magis q3 concordie inter finitimos alendæ seruiant. In quo ou vestra Sere.tas rem sua simili prudentia

et qua illi et Regno Polonie cum Imperio Germanico
iam olim intercedit necessitudinis digna, tum nobis appri-
me grata fecerit, qua nos vicissim pari officio pensare
studebimus. Quod reliquum est Sere. tem vestram recte va-
lere et feliciter regnare optamus. Datum in Civitate nra
Imperiali Augusta Vindelicorum vltª Januarii Mº Dº xl viii

Responsum ab Alberto Duce Prussie ad nunciata: Stamislai à Lasco Palatini Siradiensis: nomine Regio facta.

Sigismundus primus Rex Polonie Legatum suu Stanislaum Laski ad Cesarem Carolum V. missurus in negotio Barri Prussici: misit, vt idem Laski ad Ducem Prussie propter informationem accipiendam, primo accederet postea ad Cesarem iret

1547

Laski hanc informationē à Duce Prussie accepit.

Principio quod Sacra Regia vtas referri fecit Principem Prussie nonnihil sollicitum esse, aut metuere ne S. Imp. vtas quoniam ad exercitu suo bis regionibus finitima esset sttmam Cel: sua receptione turbaret, aut aliquid grauaminis inferret,
|| hoc et ob || clemens et paternum auxilium implorasse. sttma quid Celsitudo sua in sticias incidere
negauit, sepius eam Sacre Regie vti quid ab amicis, consanguineis, et seruitoribus
suis, ea de re cognouisset, per literas significasse. Non autem eo nomine quasi sttma Celsitudo
sua in tantum Exercitus Cesareos aut ordinis Teutonicorum vllum vereretur, sed
vt fidem suam subiectionem, debitamq; amicam, qua se Inclytę Coronę Polonie obligatam agnoscit, testatam faceret. Deque quod id à Sacra. R. vte haberet mandati, vt quibuscunq; modis posset, in quireret quid ordinis Teutonicorum vllo
moliretur, cognitumq; id postea Sacre. R. vti fuit, vt pro eo rationes suas diriget:
eet, tempestiue notum faceret. Censuit igitur sttma Cel: sua, si id mandati sedula
sua inuestigatione, non exequeretur, ita vt alioqui Sacra Regia vti ea res
significaretur, aut repentinus (quod Deus auertat) impetus fieret, ne accusandi
da esset sttma Cel: sua inscię, aut negligentię. Inde et non aliquo timore
emanasse tot submonitiones et scripta. itaq; si syncere eiusmodi cautiones pro
metu, aut pusillanimitate reputari deberent, graue id sttmę Cel: sue accideret,
vt hoc demum ex tot sollicitudinibus et sumptibus ei expectandum foret, cogere:
tur q; in posterum ab id genus nunciatiacionibus et scriptione se continere, ac id
negocii Deo committere. Speraus vbi quid in effectu (quod Deus clementer auertat) perduci contingeret, sttmam Celsitudinem suam talem se datturam
vt quantum metueret, cerneretur.

Deinde quod Sacra Regia vtas omnem sibi benenolentiam et bonitatem à Sacra Imperatoria vte polliceatur, idq; omnino, quod S. Cesarei vtis animum nunq; læserit, persuasum habet, gratumq; id sttmę Celsitudini sue est audituq; precaturq; Deum ne inanis sit ista persuasio. Quantum autem (vt nunc sunt tempora) rerum illarum status ab sttma Celsitudine sua considerandum sedulo, nihilominus prospiciendum putat. Non ea de causa quasi sttma Celsitudo sua de Imperatorię vtis promissionibus, lenitate et longanimitate, quicq; in dubium vocet, sed quod in ista mundi corruptione eius generis casus non raro in lucem prodeant. Certo enim et ab hominibus fide dignis ad sttmam Celsitudinem suam perlatum est, id quod et vera nunciatione cognouit, exercitum illum qui ad Bremensem urbem delectus est. conductum iam ab ordinis Teutonicorum vllo fuisse, vt si Sacra Imperatoria vtas, eo victorem egisset, nec copiarum iam memoratarum conatus fracti essent, recta per Pomeraniam ad terras Prussie oppugnandas transirent, prouinciasq; quas Pomeranię vicinas haberent adorirentur, et porro quid possent, tentarent. Porro et hoc pro certo compertum habetur, res omnes ante annum eo destinatas fuisse vt quando Imperatoria vtas necnon Electores et Principes cum exercitu suo hyberna agerent, ordinis Teutonicorum vllo copię reliquiq; qui eius stipendiis militabant, in terras Prussie impetum facerent, qui rei conficiendę de:
putati iam fuere mandatarii, datiq; plurimis in hoc arcta militaris erat

Preterea accepisse Illmam Celsitudinem suam e Lubeca urbe literas, quibus significatum, visas esse in Coesaree Mtis Cancellaria scriptiones ordini in Livoniam missas, quibus mandaretur vt in armis essent, ac quam: docunq; secunda vice imperatum foret, in terras Prussie irrumperent. Ad hec deposuisse Livonien sem ordinis Magrem in memorato Lubeco oppido non exiguam pecunie summam, in eum vsu, vt si contingeret ge: neralem ordinis Magistrum aliquid tentare id impromptu et pre manibus haberent, ac eo citius propositi sui compotes fieri, et in effectu quod vellent perducere possent. Tales et id genus plurime cautiones, ac quod ipsa Coesarea Mtas ordinis Teutonicorum Magri promissiones de introducendo eo in terras Prussie fecisse dicerentur, coegerunt Illma Celsi: suam, S. Regiam Mtem periculorum illorum certiorem facere. Hec cum ita se habeant gratum esse Illme Celsi: sue, quod cognovisset S. Regiam Mtem de his cum Inclyto Regni Senatu consultasse, ac qua ratione ea cauteri possint concluisse precipue autem percupide au: divisse Sacream Regiam Mtem totius Senatus consensu magnifice: tiam suam, aliis et his de causis legatum ad Coesaream Mtem desi: gnasse. Non dubitans Mgtem suam pro sua eximia prudentia et industria, eo etiam nomine, quod Mgti sue se vna cum fratre et consanguineis semper erga Illmam Celsitudinem suam benevolam et officiosam exhibuisset, negotium omne pro virili promoturam, pre: catusq; illi in hac gratiam divinam, salutem fortunatam, ac salua prosperitatem, datura amq; operam vt id vicissim gratio se promereat: atme.

Cognovisse preterea Illmam Celsitudinem suam S. Regiam Mtem, Mti sue mandasse, vt se huc conferret et gratia discendi ab Illma Celsitudine sua causas, quibus Imperatorie Mtis animus, laesus fu: turetur, vt eo paratior esset in respondendo, Illma Celsitudo sua Mti suam grati hospitis loco accipit, vt vterq; amica habere possint colloquia, ac quoniam fortasse Mtis sua non omnimoda et necessariam huius negotij informationem habet de omnibus circu: stantiis et totius cause statum instruatur. Non meminisse autem Illmam Celsitudinem suam se vnq; Imperatorie Mtis animo offendisse sed semper id cum maioribus fratribus et Inclyta domo Brandeburg: gen dedisse operam vt fidelia officia Sacree Coesaree Mti et Illustriate domui exhiberent, quod Coesaree Mti displicere non existimat.

Id autem Illme Celsitudini sue non excidisse. Cum elapsis annis se in Prussiam contulisset, postulasse tum S. Regiam Mtem vt Jura mentum fidei prestaret, quod Illma Cel: sua recusaverat. Cognoie quod id Coesarea Mtas inhibuisset unde proximum bellum Teutonicum subsequutum, in quo S. R. Mtas, ac Illma Celsi: sua Coesaree Mtis totius Imperij status ac ordinis Teutonici in Germania ope au: xilio omnique solatio destituta esset, terras Prussie maxima exparte in potestatem suam redegerat. Quod bellum effecit ad Judicias gradi: emur redactum fuerat, inter quod spacium per compromissarios Reges Electores et Principes diffinitiva sententia inter Sacream R. Mtem et Illmam eius Celsitudinem ferri debuerat. Tamen Illmam sue

Celsitudinem crebris sollicitacionibus et petic̃ionibus tam coram, quam per
leas factis, eam impetrare non potuisse. Sed belli aleam S. Regia ats
iam tum in expeditione existente experiri noluisse coactam. Cui propul:
sande omni auxilio ope et defensione caruerat. Sed id mandati à Coe:
sarea ats acceptisse, vt pacem quoquomodo eam obtinere posset, minet
Tum S. Regia ats ordinem amplius ferre nolens Illme Celsi: sue
hanc Prussie partem in feudum contulit, vt in posterum hereditarius
et Corone Polonie subiectus esset Ducatus Tenore et vigore perpetui
contractus consensu totius Capituli ordinis tum temporis in Prussia
existentis confirmati et approbati crebris ibidem in eodem contractu defensionis sollicita:
cionibus factis, hoc modo ordo Teutonicus in his terris esse desiit, ac
in hoc ipsa S. Regia ats Illme Celsitudinis sue pallium seu habitu
Ecclesiastico Insignes deposuit. An inde Imperatoria ats laesa
sit? Illma Celsitudo sua ignorat. Legato autem id expendendum
relinquit.

Pactis istis inter Sacream Regiam ats autem et Illmam Celsitudinem suam
Contractibus, sparsoq3 in Germania rumore ex terris Prussie here:
ditarium Ducatum factum esse, citata est Illma Celsitudo sua sistendi
se coram Camera Imperiali ad reddendas rationes cur terras Prussie
à Sacro Romano Imperio alienasset. Quoniam autem S. R. ats ta
in Contractu quam crebris his, eo nomine Illme Celsitudinis sue pro:
tectionem et defensionem promiserat, transmissa est Citatio illa Sacre
Regie ats ad quam per nunciationem Illme Celsitudinis sue edictum
fuerat vt semq3 pretex Sacre Regie ats indicio sisteret. Cui
nunciationi cum pro Contractus formula aliter Illmam Celsi: suam
facere non deuisset, recusare nec voluit nec debuit qua de re
Cesarea ats aut Camera Imperialis Illmam Cel: suam prosci:
bit. Que proscriptio sub Cesaree ats manus subscriptione et
sigillo Celsitudinis sue transmissa ac vbiq3 in Sacro Romano Im:
perio publice affixa est. Loco etiam S. Regie ati ab Illma
Celsitudine sua missa. Postea vero Bannum illud Imperiale in
omnes subditos Prussie tam divites quam pauperes universosq3 no:
minis essent, declaratum, ac in hoc penale executorium mandatum
publicatum est, vt rapis contra Incolas Prussie predari ac capere
liberum esset. Que omnia Sacre Regie ati transmissa sunt,
significatumq3 nichil equi ac violentiam aliquam de facto suscep:
tam iri, metuendum esse. Quare moderamus dominus Dantiscus Epus Varc:
mien ad Sacream Cesaream autem ablegatus est. Que cum eo
tempore non in S. Romano Imperio sed terris suis hereditar:
ius fuisset, reiecta est ea causa ad tum proxima subsequuta
Imperii Comitia. Deinde dominus Opalenizki Sacre Regie
ats Cruciferi Anno 1536 ablegatus nichil aliud q3 suspensionem
proscriptionis in tempus obtinuit. Postea Sacra Regia ats
ad Sacream Cesaream et Regiam Romanorum ats relegnosq3
Imperij Status his delit, quibus proscriptionem tolli petiit. Idq3
negotij in se vt causam propriam recepit. Addens si quis esset

qui actionem Principi Prussiæ intentare vellet, vt id coram Sacra R.
Mte sua faceret, velle se cuiusvis iusticiam administrare, sed sine fraude
ea fuisse omnia Porco missus est et moderni. domini Epi Cracouien
fratris domini Mazouiouski Ratisbonam, qui summo studio et
diligentia, vt ex instructione clarè patet, apud Cœsaream vtem
egit, tantumq; obtinuit vt proscriptio in annum suspenderetur, simili
modo ad supplices Electorum et Principum libellos à Cœsarea
et Regia Romanorum vtribus consensu omnium ordinum conclu:
sum est, vt vterinq; designati Commissarijs, negotium Prutze:
nis componeretur. quemadmodum et ei causæ iam deputati
fuisse Commissarij, qui partim inter vivos esse desiere. Sed
quoniam Comentus factionis intermissus sit? Deinde dominus
Mischkouski itidem ad Comitia missus, nihil præter dilationem
proscriptionis in annum obtinere potuit, vt in Comitijs sequenti:
bus de illa iterum solliciatio fieret? Etsi autem postea aliquot
celebrata fuerint Comitia quibus Sacra Regia vtas Nun:
cios suos non putauit Tamen Illmus Prussiæ Princeps id ne:
gotij apud Sacram Cœsaream et Regiam Romanorum
vtem itemq; Electores Principes reliquosq; Imperij Status
vrgere non desistit destitit, verum nihil aliud impetrauit,
quàm vt proscriptio de vno Imperij Comentu, in alium reijceret:
tur. Interea autem temporis Illmæ Celsitu: sue seruitores aut
subditi, non sunt detenti, aut rapinam passi. Sed (pro quo Deo
agendæ gratiæ) proscriptio per se substitit

Quoniam autem ordinis Theutonicorum regis erga Cœsaream vtem
tam Gallico, quam hoc, contra status protestantes bello, pro:
prijs sumptibus et stipendijs tantum se præbuit vt Cœsarea
vtas summa erga eum affecta sit clementia, pollicitatio:
nemq; de introducendo eo in terras Prussiæ fecisse dicatur
ac quod ipse vt præhibatum est in omnibus conductionibus præ:
ticijs et machinationibus suas agit partes, metuendumq;
ne præsentia sua in hisce Comitijs et alibi multum de hoc solici:
tet ac negeat. quare summe necessarium esse S. Regiæ vti
vt ipsa pro se propriis suo motu huius negotij vti causa propriæ
quemadmodum et factenus factum, ipsamq; facere decet, curam su:
scipiat, in id incumbat, vt proscriptio omnino cassetur et ren:
dicationes in terras Prussiæ tollantur. quibus omnibus Sacra
Regia vtas pro diuinitus ei concessa prudentia debitum
ordinem et modum tribuere nouerit Haud minus fiet, aliud
nihil cogitari poterit. Cùm Sacra Cœsarea vtas breui tem:
poris spacio Comitia Vlmæ aut Spiræ celebrare decreuerit
sitq; eius animi, quemadmodum pretenditur, vt pacem tranquilli:
tatem, ius et iusticiam in Sacro Romano Imperio constituat
ac Illmæ Celsitudini sue proscriptionis negotium pro iudiciali

causa reputetur, pro animis executione tories ordinis Augte sedulo egit, et iam pro valdubio non desistet quam vt Coesarea Mtas ipsa (nisi ea causa à S. Regia Mte ad alia media redacta aut defensa fuerit) executionem faciat, aut aliis exequendam mandet, id si euenire contingeret, facile esset animis cogitare quid inde metuendum foret. Idcirco nomine S. Regie Mtis sedulo de retractanda proscriptione et annihilandis tercarum Prussie vendicationibus, agendum erit, vt tam S. Regia Mtas et Inclyta Corona Polonie, quàm Illma Celsi: sua pacifice et quiete vinere possit.

Relatum porro est ad Illmam Celsitudinem suam Sacream Coesaream Mtem, significationem aliquam dedisse, quasi ad aures Coesaree Mtis sue peruenisset. Illmam Celsitudinem suam cu statibus protestantibus in foedere fuisse, Ad que Illma Celsi: sua vere et constanter asseuerat se nullu cum ipsis foedus pepigisse, falsumq3 hoc etiam Electores et Principes in Dcis pro comun: otis reputati sint, tamen id Illma Celsitudo sua non ad foe: dera illa, sed ad Contractus perpetuos a Coesarea Mte con: firmatos, et non alio referri voluit. Nec vnq3 adduci po: tuit, vt contra vllum ad factiones persuaderi se passa esset. Id vero Illma Celsitudo sua non negat, se Augustane confessi: oni adhesisse et subscripsisse. Etsi autem initio istius belli status Euangelici petierunt, vt Illma Celsitudo sua mille equos leuis armature ipsorum sumptibus et usui compararet, ac de suo aliquid contribueret. Id quod Illma Celsitudo sua propter religionem, et arctam sanguinis copulam, et perpetuos contractus vt prelibatum et non alie quibus etiam omnia bona optaret, &c quod rumore ferebatur Imperatoriam Mtem suam Cna: gelij doctrinam armis et violentia delere voluisse, libenter illis prestitisset. Sed retinuit hoc Sacra Mtas Regia. Nec male Illmam Celsi: suam affectam fuisse, vt eis aliquid pe: cunie misisset, multo tamen id debito, sed arcta sanguinis copula, at retinuit hoc apud se etiam propter edictum S. Regie Mtis. Postq3 vero Dux Mauricius in Electoris Sa: xonie terras impetum fecisset, petiit Elector Saxonie arcis summam sibi mutuo dari. Id quod ab Illma Celsitudine sua factum, eo quòd nesciret Ducem Mauricium captiuu Electorem, eiusq3 prouincias mandato Coesaree Mtis impu: gnare, verum ea pecunia ad manus Electoris non peue: nit, sed deleto eius exercitu ipsoq3 captiuato, filij (quemad: modum Illma Celsitudo sua edocta est) eam accepisse dicitur

† electores et principes, multiq3 contribuisse - et quamuis

ita vt Jllmá Celsitudo sua id peramè non in detrimentum Coesareæ
Vtis conversum existimet,

Posset et hoc fortasse Jllmæ Celsitudini suæ in malam partem
interpretari, quod non ita pridem Regiæ dignitatis Fregn:,
die servitor Georgius Reckrodt ad Jllmam Celsitudinem
suam accesserit, petens, dignaretur Jllma Celsitudo sua ipm
Regis sui nomine vt ni Damam Nani vehementius urgeret
Jd quod Jllmá Celsitudo sua considerando quod alte cognitu
non habeat, quàm Regem Franciæ cum Coesarea debe optatis
et bonis Contractibus vivere, prestitit. Hæ autem causæ
omnes quibus Jmperatoria vtás ab Jllmá Celsitudine sua offensa
videri posset non eius momenti sunt Jllmæ Celsitudinis suæ indicio
vt ob eas bello impugnari deberet, certam in Deum et Coesaream
vtem fiduciam collocans, Legatum earum nomine facilem ha:
bituram actionem.

Cum autem timendum sit proscriptionem non prorsus è medio su:
blatam rei, vnde nec vendicationes contra terras Prussiæ omni:
no rescindi contingeret, quo fieret vt Sacra Regia vtas
Jnclyta Corona, Jllmá Celsitudo sua, et reliqua provinciæ,
in eodem quo nunc periculo versantur essent: Scrum Jllmá Cel:
situdo sua deliberat, si michil ea, quæ S. R. vti expendenda
et per Legatum in medium proferenda venirent, frugis faceret
vt Legatus vltimo quasi refugio, approbationem Commissario:
rum vrgeat vt ab vtraq parte arbitri eligantur. Jnterea
autem temporis proscriptio suspendatur, ac per memoratorum
Commissariorum cognitionem id fiat, quod æquitas postulat:
inde præcaveri posset multi sanguinis profusio, nihilominus ta:
men omnis administraretur æquitas.

Jntelligit præterea Jllmus Prussiæ Princeps, Legatum habere
in mandatis vt in gravi Ducum Pomeraniæ causa, omni su:
deat laborandi, vt iis transigatur mediis et conditionibus per
quas clemens vicissim illis accedendi Sacream Coesaream
vtem detur facultas. Quatum id Jllmæ Celsitudini suæ est
auditu, precaturq in hoc gratiam diuinam vt pro voto res
omnis succedere possit.

Quoniam autem Jllma Celsitudo sua proximo elapso tem:
pore, subdite ac amice ad Sacream Regiam vtem rescripsit
fecit; Cum Electore Saxoniæ in captivitatem redactus, ac graues

vix qz tollerabiles mixce conditiones Contractus, coactus sit, dignetur
S. Regia vtas per Legatum suum apud Coesaream item, pro
captivo eo Electore intercedere, vt tollerabiliora, obtinere possit
Illma enim Celsitudo sua, omnino sibi persuadet Sacra Regia
vtis vti Regis laudatissimi, et inter Christianos Principes ho-
nesta etate natu maximi, intercessionem prae caeteris multum
profuturam Quodsi et plures Principes, vt est Landtgravius
Hesiae, authoritatem Regiam pro se interponi petierint consultum
Illma Celsitudo sua judicat, ne hoc eis denegetur. Iterum atqz
iterum autem Illma Celsitudo sua petit, dignetur. S. Regia vtas
motu proprio (quemadmodum in causa proscriptionis) captivi
Electoris curam suscipere, vt leniora impetrare possit

Praeterea vt Legatus sedulo inquirat, si quae pericula impendere
videantur, vt ea cauteri et fida promissione praevenire possint. Nec
dubium est quin Legatus tot sit de ordinis Theutonicorum Magro
experturus judicia, vel etiam ipse viderus Id ipsum agere sedulo
vt si quid damni aut detrimenti his terris inferre possit, in eo
omnem daturum operam.
Si vero eo rem redigi contingeret vt terras Prussiae oppugnari opor-
teat Nihil Illma Celsitudo sua, mediante divina gratia, in se
desiderari patietur, sed iis dimittus largitis vsurea est medijs
vt appareat quam meticulosa sit Illma Celsitudo sua.

Postremo quod postulatur vt Illma Celsitudo sua indicet, de quo
arbitretur in ea causa auxilium, consilium et solatium esse expectan-
dum, ac quid cui fidendum, Illma Celsitudo sua ex animo id com-
municaret verum vt nunc sunt tempora ac rerum omnium re-
pentini motus et mutationes, rarum fidem invenit vt proh dolor,
testatum illud, Ubi qz tuta fides, omnino verum sit Tamen Illma
Celsitudo sua existimat iam memorandos ei negotio utiliter et
commode adhiberi posse, Electorem Brandeburgeu vti S. R.
vtis sanguine junctum filium Illmae autem Celsitudini suae
propter perpetua foedera plurimum faventem, Marchionem Al-
bertum Casimiri filium, et tutores Marchionis Georgij Fri-
derici, utroqz terrarum Prussiae Connasallos, et Coronae Polonae
consanguineos, Marchionem, item Joannem Electoris fratrem
qui singuli apud Coesaream item hoc bello militarunt et inser-
vierunt, ac proculdubio eius sunt authoritatis vt sua promotione
plurimum valere possint, utrum autem et Palatini ad Rhenum ut

Palatinus Fridericus, Otto Henricus, et Palatinus Philippus cum Lata:
tino à Simmern et Ernesto Duce Brunsvicen, prædictis amnme:
rendi sint, relinquit id Illma Celsitudo sua indicio Legati: quodsi
contingeret Landtgravium Hessiæ Electorem Saxoniæ, itemq; Duces
Pomeraniæ suas sessiones habere possent et illi arbitratu Illmæ
Celsitudinis suæ non incommodè ei negotio adhiberi. Hæc est
Illmæ Celsitudinis suæ deliberatio, quam hac vice Legato Re:
gio ad relationem suam responsi loco dat. Quod secretiora ne:
gotia attinet, eorum responsum Illmæ Celsitudo sua in commo:
dius tempus reiecta vult.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Carolum. V. Cesarem Catholicum: et Ferdinandum Romanorú regem: ac ad Conventum Imperialem Augustén.

Data Stamislao Laski Palat° Siradien

Principio Legatus noster, Imperatoriam et Cathó cam M.tem fratrem et consanguineum nostrum charissimum et honorandum nostris verbis qz officiosissime salutabit. studiu illi nostrum et omnia necessarii Principis offia prolixe deferet, ac diuturnam incolumitatem letaqz et secunda omnia precabitur:

Deinde gratulabr illius M.ti, p qui anno proximo superiore fuerunt in Germania motus excitati, eos tanta celeritate compresserit, atqz illorum autores in potestatem suam redegerit: hac tam insignis victoria M.tis illius tanto nobis minus dior accidit, quanto minore cede, et Christiani sanguinis profusione parta est: quantaqz maiore animi moderati one, in hoc tam felici rerum ad voluntatem suam fluentium successu contra eos a quibus grauiter offensa est, victos et debellatos M.tem eius usam accepimus. Nam quod armatos exercitus fudit fugauitqz, p eorum Duces cepit, p munitissimas ciuitates quæ ab officii sui religione declinauerant sub imperium potestatemqz suam denuo subiunxit, p ex animi sui sententia in hoc bello, suis quis id seditionem appellare malit, confecit omnia: est quidem hæc M.tis eius minime vulgaris laus et gloria: sed non ita tamen illius propria

vt non eam equalibus multis cõmen habeat aliquid sibi
ex eo centurio: non nichil Praefectus, plurimum vero
cohortes peditum turmaeq; equitum decerpunt. fortuna vero
ni qua in vtramq; partem vel ad secundas res vel ad
aduersas magna vis esse putatur. tantum in hac parte quasi
suo iure sibi vendicat vt quidquid prospere in bello gestum est
id pene suum omne existimari velit. quod vero M.tus eius affe-
ctiones animi sui cohibuerit: q mentis impetus compresserit:
q victoria quae naturae insolens est et superba temperaue-
rit: q erga suos aduersarios tanta benitate et mansue-
tudine vsa sit adeo haec vnius M.tis eius propria laus est
et gloria. vt non modo mortalium nemo: sed ne ipsa quidem
quae dominari in rebus humanis creditur fortuna. in
eius societatem offerre se queat: sed eam totam ac propriam
M.tis eius esse fateatur. hanc ergo in rebus tam prospere
gestis. tanta animi moderatione. magis etiam quam ipsa
victoria quamlibet ea memoranda sit. M.ti eius gratu-
lamur. atq; vt maiorem in dies ex ea laudem consequi
studeat pio nostro erga M.tem eius studio: diligenter illam
hortamur. et oramus. Nam cum Dei locum in terris M.tas eius
teneat. quid est quod illi maiori curae esse oporteat. quam
vt se talem praestet. vt cui locum tenet. eius se simillima
iudicetur. Nulla autem re propius ad Deum homini licet
accedere. quam benigne plurimis faciendo. Quid si bene me-
ritis: si amicis benigne facias. humanum id quidem et cum
his etiam cõmune est. qui Deum non noverunt. quibus
Euangelii lux non affulsit. Caterum inimicos benevolen-
tia prosequi a quibus grauiter offensus fueris. non modo debi-
tam vltionem de illis non sumere cum possis. verum etiam eos
iacentes extollere. et sublata ac prorsus extincta omni
iniuriarum memoria. beneficiis malefacta pensare. id supra
hominem quidam et plane diuinum ac summo Principe

dignu est. Id qui faciant eos Dei filiis conseri vult is qui cu
sit ipse natura Dei filius propterea filius hominis fieri di-
gnatus est, vt qui filii sunt hominu eis Dei filios esse liceret
Quae laus cui esse debet magis propria q̃ eius qui a Deo
constitutus est vt in terreis locu Dei teneat? Multa clemẽ-
ter, mansuete, misle, moderate facta sunt a Mte eius qua-
cu vita necesq̃ potestatem haberet in eos quoru armis
fuit petita, non modo vita illis condonauit, verum etiã
humanitate singulari prosequuta est, vt q̃ spiritu adhuc
ducunt, id secundu Deu soli Mti eius cui hoc est bene-
ficiu acceptu ferre debeant. Sed quanto maior fuerit
Mtis eius in supplices clementia, tanto gloria eius erit
illustrior. Quam obrem det hoc Mtas eius precibus
nostris, vt de conditionib q̃ quibus accepit Illrem. Do.
Joannem Fridericu cu Saxõe Ducem non nichil remittat.
Magno sumptu et labore per cu arcem fuit exedificata Gott
nomine, quae cu esset ceteris munitior, in ea Lrem legia
sua, et quidquid custoditu vellet diligentius, asservabat
nunc ea demoliri et solo equari iussus esse dicitur.
Quod cu aliquanto durius videatur: petimus vt Mtas
eius sententia sua mutare non grauetur. Quid enim
parietes cõmeruerunt? quae culpa est tectorum castri ipsi q̃
quam obrem animaduerti in ea oporteat? Dubiis et
periculosis temporib q̃ iis, quib q̃ neq̃ ipsa Saxonia q̃ius
paulo longius dissita a Crucis hostiu impressione sa-
tis tuta est, magno haec Arx usui ac singulare multoru
perfugiu esse potest. Quam obrem Domino suo Mtas illius
ea concedat, potius vt quae ebaziora illi sunt in ea asser-
uet. Erga alios quoq̃ Mtas eius pari liberalitate
usa est eiusdem culpae cui Do. S. Joannes Fridericus Saxo-
nicus Dux affines: ne in solo illo sua benignitatem claudi
paciatur: hoc etia Legatus nr̃e nomine nro diligẽtiq̃ petat.

in stanega
ze Fty dey
Vlen telaten

Qd si actu ita de Arce Gott intellexerit praetermissa illi mentione quae fuerint a propinquis Ill. Do. Saxoniae Ducis illi suggesta, de his quatenus ea petere fas esse intellexerint nostro nomine preces interponat.

SEr.ma etc. Quod nos tam officiose salutari ac leta secundaq omnia precari nobis fecerit M.tas vestra ingenti studio illius erga nos et obseruantia singulare nos agnoscimus. meritoq de eo M.tem vestram plurimum amamus. Renunciauit nobis rediens ad nos nuncius noster quemadmodum de sua ad nos profectione cum domino Episcopo Varadiensi iam conuenerit: quodq is ad fines vsq Regni nostri M.tem vestram deducere paratus offerat. Quod nobis vehementer gratum fuit cognitu et nicundum. obuiis enim vltro M.tem vestram ad nos redeuntem excepturi sumus ac eundem Nuncium nostrum Venerabilem Philippum Padniensem Cantorem Cracouiensem et Secretarium nostrum ad M.tem vestram remittemus. vt ni ea quod constituit D. Episcopus Varadiensis confirmet atq omnia ea parent. quæ ad commodum istinc educenda M.tem vestram pertinere videbuntur. Crac.e viii Marcii Anno Dni M.o D. xl viij.

Sigismundus Augustus Rex Polomie Alexandro Cardinali protectori

Rmi et ſſ. Multu cura et labore Mtas Regia Polo parens noſter obſeruantiſſmus impendit ni impetrando iſtic diplomate ab anteceſſore Sanctiſſmi Domini huiꝰ noſtri quo libera poteſtas permiſſa eſt Ordinariis Epiſcopis Regni noſtri de Sacerdociis alternis Menſibus vacantibus viris idoneis prouidendi de quibus melius hic iudicari poteſt vbi genus cuiuſq; mores et progreſſus ni litere non poſſunt qua iſtic vbi neq; de facie neq; de nomine fere quiſquam notus eſt quo quidem diplomate abunde cautu eſt ne quiſquam ex iſtis Sacerdotioꝝ Aucupibus quos Cortiſanos vulgo vocant ni Menſis Ordinariorꝝ nigerere ſe atq; facultatem illis datam de Sacerdociis ni illis vacantibꝰ libere ſtatuendi niſi rem gere audeat ac putabat quidem Ser. mus Dominꝰ Pater noſter quod tanto ſtudio ni vrbe impetratu ſit id firmu et ratu fore ſed iſtis Sacerdotioꝝ Aucupibus nichil poteſt ta ſanctu quod violari non audeat neq; ſunt alii qui ſancte ſedis Apoſtolice dignitatem offendant magis qua homines iſti qui dꝰ eo quod vehementer cupiut paciantur nichil penſi habent qua ſit Priuilegioꝝ ſedis iſtius autoritas eoꝝ maxime qua Regibus concedunt quibus vt illudatur fas non eſſe videtur ex hoc genere eſt Joannes quida iſtic Dabnicźki qui Canonicatu Cracouiꝝ Menſe octobri qui ad loci ordinarii pertinet vacãtem

)

mi de eo prouidit Rp.mus mi Christo pater Dominus
Samuel Episcopus Cracouiew et Regni nostri Cancellarius
fuicere nobis dilectus ei negotiu isthic exhibet. idqz eo
pretextu p sede vacante Sacerdotiu vacauerit. Cu tame
Priuilegiu hoc ab Antecessore Sanctis.mi Domini nostri
non persone datu sit. vt extingui cu ea posset. verum or-
dini qui perpetuus est. ac sicut alii fructus vacante se-
de ita et Sacerdotiorum promissiones quas inter fructus nu-
merari certu est ad successorem pertinent. semperqz fuit
hoc in Regno nostro ita obseruatu. Scripsimus ea de re
Sanctis.mo Domino nostro atqz vt Priuilegiorum sancte se-
dis istius authoritatem abistorum contemptu vindicare
dignaretur petiimus. Quod vt faciat S. eius a vestra
quoqz Rp.ma Do. vt authoritatem suam interponat petimus
Nam nisi ipsa Sanc.tas eius abistorum hominum contemptu
sancte sedis istius Priuilegia vendicauerit nobis decre-
digitati sancte sedis non licebit. neqz facere poterimus
pro nostro erga illa studio et obseruantia quin prouide-
mus. vt de contemptoribus et violatoribus istis Priuilegiorum
eius secundu Regni nostri constitutionem debite pena
sumantur. Quod vt sancte sedis potius qua Ser.mi Domini
parentis nostri authoritate fiat opera Rp.ma D. vestra
effici velimus. Cui causa banc etia atqz etia cõmendam
fecerit nobis rem gratissima. si Priuilegii a sancta sede
nobis concessi propugnationem istic susceperit quod nos
violari per quemqua nulla ratione patiemur. Datu Cracou
Die vii.a Marcii. Anno Dni M.o D.o xl viij.o

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Christiernum Regem Danie

S. Acra M^tas Regia Polonia Dominus meus clemen^mus in omni vita sua nihil aeque proposito habuit quam ut cum alio: rum Regum et Principum Christianorum omnium tum eorum pre: sertim studia sibi et amicitias adiungeret quibus cum aliqua M^ti eius vicinitas est quae in propinqua necessitudinis partem numeratur. Caeterum si cuiusquam alterius vestra Sacra M^tis amicitia semper cumprimis expetenda atq; omni genere officiorum eam sibi studuit comparare. Cui rei non obscura dedit documenta quo tempore dubiis rebus M^tis vestra quae erant amici Regis officia ea requiri ne se passa non est. Quo maiore fiducia me nunc misit ad Sacra M^tem vram vicissim ab ea petitum si forte usus fuerit quo et ipsa quã: ti faciat M^tem eius declarare velit. Renunciatur eius M^ti eius esse Magistrum quendam ordinis qui sibi nescio quid iuris arroget in terras Prussiae atq; ni eas armis ninu: dere cogitat, cum tamen iuris earum et proprietas non ad alium spectet q; ad Ser. mum Principem et Dominum meum. Cum tamen M^tas illius non huic modo Magistro sed neq; cuiquam alii mortalium occasionem ulla belli contra se ge: rendi dederit: quin amore potius et benivolentia quam armorum odii ac malevolentia certamen cum Christi: anis Regibus et Principibus suscipiendum duxerit. Cuius ea nitituli sui nequaquam pariebat atq; ni eo perstare cupit. Sed si pronocet Magister iste nulla a Ser. mo Principe meo iniuria lacessitus si in terras M^tis eius

impressionem

impressionem facere sit conatus quid aliud faciendu eius
M^ti restabit qua vt quod omni humano iure licet vim vi re-
pellat et homines suos contra quoscunq; qui bello eos vexare
velit pro viribus iuuet ita vt fides M^tis eius et officium po-
stulat tueatur et defendat: negocia quæ propria sua sunt
erepti sibi per quemquam patietur.

Abhorreat quidem Ser.^mus Princeps et Dominus meus a
profundendo sanguine Christiano ac contra Barbaros
potius Crucis hostes arma sua et exercitus conuertere
malit: sed cui ordinis proprium hoc munus esse videtur
si is preter ordinem Christianis potius q; Barbaro bellum
inferre sit molitus: si fraternum sanguinem sitire se magis
q; eorum qui ex professo Christiani nominis sempiternos hostes
se profitentur ostenderit nulla penes M.^tem eius culpa re-
sidebit si dum sua conata fuerit tueri contra voluntatem
eius sanguis Christianus profundatur

Quam ad rem si ventum fuerit quod quidem non optat M^tas
sua quin potius Deum precatur vt auertat in hac eius affecta et
ætate et valetudine sua otium et quietem mallet: sed si tamen
huc ea necessitas Magistrum ordinis adegerit permultum in ve-
stra M^tis presidii collocatum habet. A qua si peteret vt quod
ab illa sibi factum esse M.^tas vestra procul dubio tenet me-
moria suppetiarum aliquid contra hostes ei suos ferre
M^tas eius ne grauaretur tantum de illius sibi erga se bene-
uolentia polliceretur q id minime negaturus foret. Nunc
nihil petit eiusmodi neq; eius est Magister iste contra
quem externis presidiis vti M^tas Domini mei necesse
habeat. Deo et innocentia sua freta M^tas eius facile se-
rum ipsius Domesticis copiis suis et suorum ceruicibus pro-
pulsaturam sperat.

Quam ob rem nihil a Mte vestra tale postulat quod illi oneri esse possit. Hoc est admodum quod petit, quodq3 nullo suo incommodo, permagno vero Ser. mi Principis et Domini mei terrarum commodo praestare Mtas vestra potest. Habet in tas vestra in potestate sua maris quasdam angustias quas vulgo Sznutt vocant quas penetrare naues necesse est si quae Ser. mi Regis mei Prussiae terras petere maluit. Potest itaq3 Mtas vestra nullo negotio prohibere quae naues per angustias illas penetrent, quae hosti nostro subsidio venire cogitent. Hoc vt faciat Mtas vestra id vero maiorem in modum petit Ser. mus Princeps meus, haud aliter officium hoc Mtis vestrae accepturus q3 si nigens aliquod praesidium ab ea sibi latum esset. Quae petitio Mtis eius cum vestra Mtis minime sit onerosa futura, illi autem valde fructuosa vt ei locum det actionem atq3 actionem a Mte vestra petit Ser. mus Princeps meus. Quia cum sua causa futura id non gratiam sibi persuadet tum actionem hac in parte habituram arcta necessitudines quae Mti eius cum Ill. mo Domino Alberto Marchione Brandeburgen in Prussia Duce nepote suo char. mo intercedit, cui causam cum agere nunc Mtas Domini mei videatur, cum illum sibi tuendum potissimum contra Magistrum susceperit: quandoquidem is filii loco Mti vestrae est, cui filiam vxorem habuit, ex qua proles qua suscepit superstes adhuc est, certe deseri cum a Mte vestra dubium in rebus suis aequum non est, quin omni ope potius Mtas vestra pro tam arcto propinquitatis vinculo veniat adiuuandus. Neq3 enim natura patitur, non permittit hoc plusq3 paterna affectio vt nepti sua praesto non adsit auus vt eam ope atq3 auxilio suo destitutam hostibus esse ludibrio velit. Non faciet hoc Mtas vestra vt qui in pignus illius charissimum, qui in viscera Mtis vestrae

seruire contendunt eos arcendos pro viribꝰ sua non curet.

Quam obrem nolle esse mi petendo Ser.mi Regis mei nomine longius quando quidem id ipsa vestra modo non adita voce a Mte vestra flagitare videtur.

Quid factu sit a Ser.mo Principe meo cu per quosda mi discrimen Mtas vestra de regno suo vocaretur atq; arcuis deceptare de eo necesse haberet q; nulla sit a Mte eius (amita regis) prae hac missa officia tenuit procul dubio memoria Mtas vestra vt nunc ea a me repeti opus non sit,

Ac qua virtus est illius excellens vere q; Regia nunq; committet si qua eius rei necessitas obuenerit Ser.mo Principi meo quin pari eius officii genere praesto sit Mti illius assutura cu presertim si qua sumere Mtem eius arma iusta necessitas coegerit ea non solu pro terris suis Prussiae propugnandis, verum etia pro salute dignitateq; Mtis vestrae hostis defendenda sit sumptura.

Neq; vero dubitet Mtas vestra si quid benigne per illa factu fuerit Ser.mo Principi et Domino meo quin apud gratu et memorem officia sua sit collatura quae omni vicissim officiorum suorum genere quoties eius rei dabitur occasio Ser.mus Princeps mi compensare studebit.

130

Legatio a rege Sigismundo primo ad Comicia terrarum prussie missa xv. Mazij 1548.

Qui rumores non nicertis authoribus afferantur ex Germania de quodam qui se Magistrum ordinis profitetur et iuris habere non inhibil ad Prussie terras pretendit. Non dubitat Sacra M^tas Regia quin ii ad vestras quoq3 D. nu^m aures pervenerint ia'. Quos tanto minus contemnendos esse putat, quanto certius exploratum habet M^tas Regia Magistrum hunc iam pridem terris Prussie inhiare, et opportunitatem modo ui gerendi expectare que felicibus istis Cesaree Catholice M^tis successibus permagna illi data esse videtur. Neq3 enim alia ille ex causa castra secutus esse Cesarem, et are proprio conductum habuisse militem dicitur q3 ipsius ope adiutus sit minore negotio quas dudum ipse devoranit Prussie terras consecuturum putaret. Quamuis autem de Cesaree M^tis ni se animo persuadet sibi M.^tas Regia q^d ea cõmissura non sit, ut in cuiusquam gracia constituta cum regia M^te necessitudinem commutasse velit et labefactata: non potuit tamen vacuo cura esse animo, ac tempori potius prouidendum censet, ne quid terra Prussia detrimenti accipiant, non solum ea quas nunc M.^tas eius possidet, verum etiam illa quas Illmo Domino Alberto Marchioni Nepoti suo charissimo ni feudum dedit quibus non minus q3 his defensionem se debere existimat: non solum q^d Princeps superior ad quem merum Dominium pertinet, Vasallum suum contra vim quorumlibet

turci tenetur · verum etiã qd̃ nõ teneſſe plurimum harũ terrarũ Regia M^tas nõ intelligit · vt illa quoq; Pruſſiæ parſ ne ꝯ alterius q; M^tis cuius fidei ſit et poteſtati · De qua ſi quid actum ſit · quod Deus omen obruat · facile quiuis perſpi: cit has quoq; terras quietem nullã habiturãs · Quanis et hoc certum adhuc non ſit · ſi quid forte cogitat Magiſter ille has ne an illas terras prius aggreſſurus ſit · Nã q; furit ordinis iſtius cupiditas̃ mixplebilis · non ignorant prouul dubio D. nr̃æ veſtræ ·

Quam ob rem deliberatum eſt M^ti Regiæ · vtrasq; terras vt ſuas ex æquo contra cuiuſuis impetum tueri et defen: dere · atq; in iis Comitiis · quæ proxime Piotrkouiæ ſunt habita · deſcripti ſunt qui ordines ducant · quem Equitum quem peditum numerum habere debeant · Decretum eſt præterea · ſi qua ſit hoſtium impreſſio maior q; vt ei con: ducto milite reſiſti poſſit · vt generalis fiat totius equeſtris ordinis Regni expeditio · multoq; acrius et grauiꝰ M^tas ſua harum terrarũ q; reliquarum Regni partium defenſio: nem incubuiſſe viſa eſt · tanta earum cura tangitur · Nã cum de eo eſſet dubitatum · ne poſſet fieri Regni generalis expeditio · quando quidem ipſa M^tas Regia · qua ſolem Ducem equeſter ordo ſequi ſolet · propter affecta ætatem et valetudinem ſua prodire vſqua vix poſſet fecit M^tas Regia · vt Ser.^mum filium · ſi neceſſitas hoc po: ſtularet ſuo loco · ſi miſſura promitteret · cum ſummo im: perio et poteſtate pari · vt eſſet qua paterna M^tas aulæ: ritate · Porro Ser.^mus filius M^tis eius Dominus noſter clemen.^mus · etſi adduci alioqui non potuit · vt ſe iis implicaret negotiis quæ ad miniſtrationem pertinet paternæ M^tis · quo tamen ſtudio eſt erga terras has non grauatim prouintia hanc ſuſcepit quam ſi adire

periculo paratus ad periclitantibus terris his succurrere
posset. Quo nomine est q plurimum nos debere eius M^ti pro-
fitemur.

Verum etsi liberalitas M^tis Regia se de suo sumptus fa-
cturum alendo exercitu receperit, quoniam tamen facultates
eius tantæ non sunt vt copias aliquas non omnino con-
temnendas diu alere possit a D. nibus vestris vt postulare
mihi mandauit, vt conficiendæ pecuniæ ex iis ratio-
nem inueniant aliquam quo possit belli nervus M^ti
eius non deesse. Tum et illud mandat M^tas eius, vt eos
qui ad bellum proficisci tenentur recensendos et inspecti-
onem armorum et equorum fieri curent: ac omni ratione
prouideant, vt in procinctu semper sint qui ad sustine-
da belli munera sunt obstricti. Deinde vero habita
intelligentia cum his, quos ex consilio suo Ill.^ris Domin.^s
Dux miserit, constituant qui, quibus locis, quo numero
si necessitas postulet subsidio venire debeant, vt quo
cuique ad periculum propulsandum ferre quisque
possit. Maxime vero de ciuitate Gedanensi diligenter
habeant consultationem quantum in ea præsidii collocari
sit necesse. Deinde omnia secum diligenter expendant
quæcunque ad rationem propulsandorum periculorum pu-
tauerint pertinere, et quæcunque summa cura fuerint
per D. nos vestras meditata et expensa, ea conscripta
mittant Sacræ M^ti Regiæ, quo possit illa pro officio suo
saluti et incolumitati terrarum istarum tempori prospi-
cere, quæ nullum nisi se boni Principis et Protectoris mu-
nus requiri patietur.

Quoniam vero supplicatum est nobis ab Equestri ordine
vt veterem codicem paucis cognitum Juris Culmen-

qui in Ciuitate Culmensi religiose seruatur in lucem edi:
duq opera Reuerendi Dni Tidemani Episcopi Culmen cu:
ravimus, fecimus id non gratanter atqz litteras in de re
nostras ad Dominum Episcopum dedimus; simul etiam a Do:
minis Consiliariis postulamus vt ei persuadeant, quo pro:
uincia hanc non gratanter suscipiat.

De Judigenis quod responsum dedimus dominis Consiliariis
et Nunciis ad nos missis, idem sibi quoqz dari requirer
ordo putabit. Neqz enim ii sumus, qui Priuilegia cuiusqua
violata esse velimus.

De Moneta, q̄ queruntur, volumus vt istic domini Con:
siliarii rationem inueniant, qua modo huic malo
occurri possit. Nos etsi in regni nostri Comitiis una cu
Consiliariis nostris reperissemus rationem, qua videmur, tamen
si quod isthinc quoqz salubre remedium allatum fuerit non
aspernabimur, et in aliis Regni nostri Comitiis de eo
diligentius consultabimus. Quod profitetur Equester or:
do propter imminutionem sui census ex monete vilitate
non pari se facultate in bellum proficisci posse atqz maiores
proficiscebant, nihil ei separatim a nobis accidit: na
et nobis eodem genere monete census soluitur, neqz
plus q̄z nos ipsi ex ea detrimenti capiunt. Proinde
si nos officio nostro deesse nolumus atqz omni ope no:
stra terras istas Prussie defendere cogitamus, ipsi q̄z
suo ne desint officio, cum in confesso sit accessisse potius
permultum temporibus iis ad facultates eorum q̄z q̄ sit
aliquid ex eis diminutum.

Quod petunt vt perpetua constitutione Judicibus et scabi:
nis mandemus, quo contra viarum sue possessionem aut

personarum violatores, iuxta formam Privilegii Culmensis administratio iusticie cuiusque fiat, edicta fieri per Consiliarios terrarum nostrarum Prussie et certas penas contra secus facientes auctoritate nostra regia per eosdem decerni volumus et mandamus, similiter, et spoliatos ante omnia restitui. Si quis vero Judicum eos qui spoliaverit indulgentior fuerit contra hunc similiter penas decerni volumus.

Quod vero Nobilitas Pomeriana petit, ut eum aliis constitutionis articulis terris Prussie per nos concessis per nos confirmentur, tum illis nominatim, ut quorum bona sunt possessiones lacus nostros attingunt, suis in finibus liberum eis piscari nobilibus liceat libenter constitutionem hanc, ita ut alias omnes in suo robore conservabimus. Si quis ex prefectis nostris libertatem hanc piscandi impedire conetur, nomen eius ad nos deferat qui nisi legittimas prohibitionis causas protulerit, desistat ne faciat mandabimus.

Quod queruntur iidem incognita causa veteri possessione plerosque spoliari a bonorum nostrorum Prefectis, quando quidem qui sint qui id fecerint in articulis coram nobis productis scripto non est, volumus ut istic coram Consiliariis nostris eorum nomina deferant, quo vel ipsi Consiliarii iusticia contra eos administrent, vel ad nos exactius omnia perscribant; nos vero quod iuris fuerit libenter faciemus.

De Judigenis item quod Nobilitati Culmensi Comitia solitis locis et temporibus haberi semper mandabimus, nisi si qua forte urgens necessitas aliud suaserit cui parere necesse est.

Quod queruntur ex territorio Bidgostiensi nominatim vero a Generoso Joanne a Kosczielicz incursiones in terras Prussie fieri: quando nemo est qui accusat legittime in Jus vocatus nos quoq; condemnare quenquam non possumus: sed mandata nihilominus ad ea dedimus vt ab eiusmodi vi denuo ipse abstineat. Idem etiam contra alios facturi si nomina eorum ad nos delata fuerint. aut ius etiam dicturi si quis uiros quenquam conuenerit.

Quod queruntur non permitti sibi per quosdam potestates in silvis nostris pecora pascendi. quod semper tamen licuerit. volumus de eo per Consiliarios nostros edoceri simul etiam de oneribus que per Mag.cum olim Joannem Kosczielecki Palatinum Lancicien. Capitaneum Slocho: nien. nobilitati gratia eo nomine imposita esse dicunt.

Ad Dominum Episcopum Wladislavien. littere dabuntur vt Priuilegia Carthusiensib. restituat.

BONA Sphortia Regina Polonie. vidua.
Isabelle Regine Vngarie. filie vidue

SEr.ma Princeps filia char.ma. Maluissemus letum po-
tius aliquid atq; iucundum Ser.ti vestre nunciare. vere
hoc tempore. quo maxore luctuq; contabescimus. nihil
plane quod letum gratumq; ei sit significare possumus. Annunci-
amus itaq; Ser.ti vestre tristem acerbumq; casum ac dolorem
nostrum qui hijs diebus nobis accidit. Ser.mus enim Rex
Polonie Dn.s Sigismundus coniux et Dominus nr̃ bono-
ran.mus heri. hoc est Die Dominico Pasche ad horam xii
vita hanc temporalem finiuit et eterna ad vitam est
translatus. Nos quidem pro amore officioq; bona ac
fidelissima Coniugis que madmodum anxia semper M.ti
illius ni bona sua valetudine diligenter ac fideliter
seruiuit. ita nunc quoq; ni affecta et senili etate.
et ni longissimis grauissimisq; egritudinibus quib.s
crebro conflictabatur ad extremum vsq; vite diem eius
M.tis nichil quod ad salutem eius M.tis conseruanda
pertineret praetermiserimus. vere etate ac morbo vi-
res natura superante. nec nostra diligentia nec opera
medicorum profici quidquam potuit quin eius M.tas diem
suum obiret. Tulit autem eius M.tas et egritudinem suam
et mortem ipsam ea fortitudine et patientia qua exteras
molestias et quecq; incommoda ferre consueuerat.
Et prius q; ad extrema perueniret. mitigatis sensibus ac
vegeto mentis intellectu vt pius et catholicus. vt religiosus
decebat Princeps confessionem absoluit passionem

Dominica cū lachrimis audiuit. Eucharistiæ sacramē-
tū reuerenter ac religiosissime suscepit. permisit se ungi
oleo. ita se ad exitū præparauit: ita saluti suæ consuluit
vt mori quā viuere malle videretur: et exemplū tū sub-
ditis tū Principibus reliquerit bene moriendi. Et cū
illo quidem præclare actū esse nemo est qui neget. Ille
enim et omnibus in vita incommodis exemptus est: et lu-
ctus e vita migrauit. Nobiscū longe incommodius actū
esse videmus. Nā ex morte eius M^tis migens ad nos
luctus, maxore orphanitas peruenit. amisimus enim
nos Dominū et conjugem amantissimū. amisit Sere-
nitas vestra, amiserunt reliqui liberi nostri patrem et be-
nefactorem pientiss. mū. Amisit regnū, regem bonū
clementem, ac manifestū Dominū, vel patrem potius
ac liberatorem suū, amisit respub. ea Christiana re-
ligionis pacisq; sue propugnatorem. Summusq; ni
assiduo gemitu et lachrimis: summus ni tanto luctu et
dolore, cui consolatio nulla, nulla medicina mederi
potest. gemimus orbitatem tū nostra tū M^tis vestra
et cæterorū liberorū nostrorū, quæ ni hæc aduersa
et turbulenta tempora incidit, quibus grauiora adhuc
instare videntur. Augent profecto et exulcerant dolo-
rem nostrū, turpes ac funestæ istæ M^tis vestræ inuidiæ
filii nostri Regis Lituaniæ nuptiæ, quas perfidæ cun-
ctis reclamantibus animo obstinato decreuit, propter quas
illi non modo nomen ignominiosū apud cunctos Reges
et exteras nationes sibi comparauit: verū etiā apud
omnes subditos exosū se et contemptibilem reddidit
propter quem nos etiā cū Sex. mis filiabus nostris non
magni æstimamur. Huc accedunt graues inter se ac
insanabiles discordiæ atq; odia inueterata, eorū qui
plus possunt Consiliariorū et eorū vlciscendi domi-

nandiqz cupido · quorw plerisqz · qui bas nifames nuptias probant · et regi filio nostro assentantur · licet ab eo magis ob id premiis affecti sunt · tamen hoc maxime suis blesse assentationibus cogunt: vt vel plus apud ew possint · vel quantotius ew perdant: et dominatw ni regno aut vendicent sibiipsis · quod ia dii summe cupiunt: aut ad alienw Dominiw · suo tamen lucro · regnw defe: rant vel furore ceci ni mutuas cedes · et ni suadipso: rw ruant perniciem. caterw quorsw hec ruadent nigens et tristis aliquis casus declarabit.

Sollicitat etia nos non leuiter Masouia ni contradotem nobis data: quw non satis tuto habemus · acuentibus se se ni nos plurimis tw ex Senatorio quw ex equestri ordine vt ea nos spolient et ad priorem contradotis possessiones nos redire cogant. Ad hec bellw hoc quod a Cruciferis a Germanis a Cesare ipso · quem offensw habemus · nobis Regnoqz propter Prussiw regno infeudatw impendet sollicitat nos et turbat vehemenbre et continue nobis ob oculos versatur. Federi preterea Turcico non multw fidimus: eo quille Cesar · catenus amicitias ac federa to: lit · quatenus id suo comodo fieri videt · sed et ew cachiqz vicinis hostibusqz nostris · Liuonicusibus · Valachis · Mo: scis et Tartaris fedus morte hac Regis aut sublatw est aut finietur breui · qui quidem vicini verendw est ne hac mutatione rerw · et malis filii nostri gubernandi mitiis inuitati: et a Cesare Cruciferisqz vt fertur subor: nati · spes nouas animosqz inuadendi opprimendiqz nos reassumant. Tristia sunt que scribimus · et non nisi acerbo maiore prosequenda · atqz adeo tristia vt nec nos sine lachrimis ea scribere · nec Mtas vestra sine graui dolore vel legere vel audire queat. Itaqz ni tot tantisqz malis ac periculis · que nos vndiqz circumstant · tanto

nobis mors Sex. mi Regis ac patris omniu nostru acerbior est quanto magis nos et Sex. tas vestra et ceteri liberi nostri eius presentia eius ope eius tutela in hac orphanitate viduitateq; nostra indigere videmur. Hunc ergo tu grauem casu acerbuq; dolorem nostru significare Mti vestre voluimus, vt nobiscu una doleat S. vestra: et optimo patri suo Justa persolui istic curet, receptuq; illi in cetu beatoru precetur.

Qua postea cu corpore illo sue Mtis iam examinato acta sunt paucis accipiat Sex. tas vestra. Cu ia anima Christo Deo Rex optimus reddidisset examinatusq; iacere parantur ea quibus pro more regu sepeliendus ornatur. Ablutus primu aquis, vnguentis odoratis, mis inungitur camisia deinde sepulchrali, caligis, sandaliis, calcaribus, mitra, humerali alba, Dalmatica de Bruccato indutur. Deinc ar mille humeris, manibus chiroteca bnis, altera sexica, alteris forreis inducuntur. Superadditur digito annulus mortuo marito a nobis datus, appenditur crux in pecto: in re ex cathena aurea de collo suspensa, induitur postea pluuiali seu cappa aurea, imponitur capiti Diadema datur in manus pomu cu sceptro regali, et gladius ad latus sub manu sinistra additur. Sic Rex mortuus ornatus indutusq; sepulchrali ornatu, in loco altiore panno aureo instrato reponitur. Hec acta sunt ad horam vesperu: xu: eodem quo mortuus est die, per Do. Samuelem Episcopu Cracoviu, regni Cancellariu, et per Suffraganeu et Canonicos eius, viccariis et ceteris Presbiteris omnia ex prescripto que circa huiusmodi ceremonias fiunt, cu lachrimis canentibus, infinita hominu multitudine inspectante et Dominu suu cu amaro dolore lugente.

Postero die cu iam cuncti fere homines placidu illum defuncti Domini sui vultu satis nituisse essent: Episcopus cu ceteris Consiliariis corpus illud examine ita vt erat ornatu in Archa munda lignea imposuerunt et pannis ac linteis, pice, et cera oblitis Archa involuerunt.

Et vna cu corpore reposita sunt in Archa ad caput verba hec in lamina argentea incisa. Sigismundus primus Rex Polonie Magnus Dux Lituanie Russie Prussie Masouie etc. Dominus et hereds: regu specimen virtutu norma pietate religione sanctimonia nulli secundus multis victoriis clarus: sed fidei in Christu constantia clarior. In illius passione et sanguine pro omniū fuso spe et fiducia sua reposita moritur vt mori oportebat non solo nomine, sed reipsa Christianissimu Regem ipsa die resurrectionis Dominice summa spe sequoq resurrecturu in gloria aterna, quod pio Regi Deus pro sua misericordia prestare dignetur. vixit annis octoginta vno, Mensibus tribus. Regnauit annis quadraginta vno Mensibus duobus: diebus septem. Mortuus est anno a Christo nato M D xl viii.

Impositi sunt etia a Ser.mis filiabus Reginulis virginibus magni duo aurei nummi impressa regis patris earu faciem habentes. Sic corpus hoc regiu Archa inclusu et in feretro veluto nigro opertu in eo cubili quo expiranit, inter cereos lucentes a sacerdotibus orantibus et psalteriu canentibus ac missaru sacrificia singulis diebus peragentibus. Aulicisq custodientibus ad diem vsq sepulture asseruatur. Ad quem locu nos cu filiabus et Gineceo. Consiliarii etia et frequentes hominu caterua missas auditurii accedunt defuncto Domino suo honorem et grata me-

moria exhibentes. De sepultura nihil adhuc constitutu habemus, de qua vna cu Consiliariis qui hic nobiscu sunt ad Regem filiu nostru referemus. De qua quidquid statutu fuerit, et de aliis rebus necessariis Item vestra certiorem faciemus, cui omnia fausta ex animo precamur, a maxiq; abilla optamus. Datu Cracou feria secunda Paschæ Anno Dni M D. xl viii.

Bona Regina Polonie
Episcopis regni Polonie.

R. Mi in Christo pater. Smoze nobis dilecte. Visu est Deo opt: Max.o cuius voluntati nemo est qui resistere possit, vt Sez. nru Do. Sigismundu Regem coniugem nostru desideratiss. nru ex hac misera et calamitosa vita, excepta ni celestem Domu sua vocaret. Cui consuetudo quo nobis fuit iucundior et suauis, hac maiorem luctu et maroxem ex eo percepimus, q eo orbati sumus, qui fuit anima nostra dimidiu, quo secundu Deu nihil vnquam charius habuimus. Sed ni hoc tamen luctu et maroze nostro non parua ex eo lenationem capimus, q enim non minus sancte mortuu esse qz vixerat videmus. Nihil enim a Mte eius preternissu fuit, quod a vere Christiano Rege factu oportuerit. Neqz obscure fere visus est, qd vltro etia cupiuerit dissolui et esse cu Christo, tanto illius potiundi desiderio flagrare visus est, cui secu compotem esse factu speram, nos quidem et optamus, sed quoniam non multis offendimus omnes: ita vt non iustificet ni conspectu Dei omnis viuens, qua fuimus sollicitudine

vt corpori bene esset, quoad vixit: eandem sollicitudinem
quin de anima quoq; illius salute gerami tenere nos non
potuimus. Quamobrem D.tem vestra hortamur atq;
ab illa postulamus, quando quidem ipsa quoq; vestra D.tas
optimi Regis in se beneficentia experta est, vt eius nunc
memor clero suo edicat, cui ille clementiss.mus patro-
nus fuit quo sacrificiis suis Deo illi placato reddere
conentur, vt si quid forte adhuc cunctetur, quomi-
nus eius conspectu fruatur. Ad quem toto quod aiunt
pectore anhelabat, id omne fusis ad Deum precibus
et sacrificiis tolli possit, quo primo quoq; tempore si non:
dum est potitus, potiri tamen queat, optatissimo Christi
aspectu, in quem plena fiducia concepta ex hac vita
migravit. Bene valeat vestra D.tas. Cracouiae v.ta
Aprilis. M.o D. xl viii.

Legatio a Consiliariis Regni Polonie missa ad Regem Sigismundum Secundu in Lituaniam.

Do[s] Jo przerambski pptus Crac Secretarius: obiit feria iij pasce exiens.

PRincipio Sacre M[ti] Regie fernitutem nostra addi: etq. ma, ac ea quidem perpetua nostro nomine defiret, ac prospera illi et felicia precabit[r] omnia. Narrabit deinde migrasse ad superos Laterna illius M. tem Dominu nostru vel patrem potius clementq. nru. Cuius non domi magis qz forq apud omnes Christiani orbis Reges et Principes nigens fuit virtutu admiratio, summaqz authoritas, qua sancte acta vita et rebus preclare gestis sibi conciliauerat: ita vt ow ab Imperatoria M[ti] tua reliquis Regibus et Principibus Christianis atqz ab ipso etia Turcarum Cesare, et aliis barbaris nationib9, nisi gnis illius ratio habeatur, tu qz sancte decesserit, quanta ni Christu fiducia, quanto luctu et maroe omniu, tu qua hic acta sint ad debitu illi honorem prestandu ipse qui presens adfuit narrabit.

Admonebit etia atqz rogabit vt M[tas] illius primo quoqz tempore ni Regnu veniat: quando quidem id Regni rationes exposcunt et corpus M[tis] paterna asservari diu ni estate non potuit. Quamuis enim speramus ni Regno fore tranquilla et pacata omnia: presertim ow M[tem] illius coronatu Regem habeamus, nihilominus quoniam illa abest longius metuendu est ne aliquid controversie nitetur ni finibus oriatur. Quam ob rem visu est nobis omnib9

qui presentes hic adsumus vt Sacra M^tas illius primo quoqz tempore ni Regnu veniat.

Reducet etia ni memoria illius M^li conuocandos esse necessario ad sepultura Regni Consiliarios atqz ita scribendas esse ad eos litteras nomine M^tis eius vt ad diem quem visu fuerit eius M^li Justis persoluendis designaret conueniant.

Cum autem M^tas illius ni Regnu venerit deliberationem cu Senatoribus et Consiliariis suscipiet quo tempore quo ue ni loco Comitia edici oporteat quae haberi necesse est cu M^tas sua litteraq omnibus Regni ordinibus se obstrinxerit vt mortua paterna M^li nemo illoru pareat M^li eius debeat nisi prius ipsis vniuersis Priuilegia omnia Iura tam Regni nostri Poloniae ditionumqz eius communia qz pri uata uataru personaru aut locoru quoruc unqz priuata et quasuis libertates litteras et immunitates a maioribus M^lis illius donatas litteraq suis confirmauerit et iuxta continentia et tenores earundem ni debita executione posuerit. Permittimus tamen arbitrio M^lis illius an ad ventu suu in Regnu expectare voluerit vel prius etia ea ipsa de re ad Consiliarios scribere. Quodsi M^tas eius ad eos qui presentes hic adsunt Consiliarios hac de re re ferre dignata fuerit faciunt pro fide atqz officio suo vt qd visu eis fuerit perscribant.

Mittendi etia erunt Nuncii ad San.^mu Do. nostru ad Cae sarea et Regia Romanoru M^tes ad Regem Galliaru cui hic Orator proxime fuit ad Ser.^ma Dominam Re giam Hungariae ad Ill.^mos Dominos Marchiones et quotquot alii sunt propinqui et affines M^lis eius vt de

obitu paterna M.tis certiores reddantur. et ad funus
eo honestandu mittentur. quos mittere visu fuerit. id
erit mi arbitrio M.tis eius dummodo recepto more satisfiat
et qui maiori necessitudine sanguinis M.ti illius coniu-
cti sunt si non prehereantur. Qui autem ad Cesarem
M.tem missus erit. is auream quoq; vilus reflexe debebit.

Designatus erat orator ad Cesarem Turcarum Do. Castella-
Calisiew. qui mortua paterna M.te via hoc munus Legati
eius obire non potest M.tis illius nomine. Postulant aute
hoc regni rationes. vt primo quoq; tempore Legatus
mittatur per quem certior ille fiat. de morte paterna M.tis
simul etia quod Sacra M.tas regia. ea que peregit pa-
terna M.tas. non suo magis qua M.tis eius nomine rata
sit habitura. magq minore studio pacem. tranquillitatem
amicitia. cu Cesare qua paterna M.tas conseruatura
Dubitatum autem nu proficisci velit Dominus Castellanus
Calisiew absq; saluo conductu. quando quidem certu non
est vtrum cu M.te illius Induties sint firmata. Si postulata
fuerint litteras salui Conductus. videbitur de Inducijs
cu M.te eius factis dubitare. sin minus vix eo Dominus
Castellanus Calisiew. audebit proficisci. Expediret fortasse
ad Senatores litteras dare. vt suu arbitriu sententia pe-
scribere ut. nisi quod periculu est ni mora. Si putabit M.tas
eius litteras Salui conductus postulare esse proficisceu
nihilomin esset oratori ad fines. vt ibi Saluu conductu
expectaret.

De officialibus deliberatu hic fuit. quid esset statuendu
mortuo rege: ac visu erat nonnullis vt clauderetur
thesaurus et obsignaretur. nisi quod Dominus Thesaurarius
protestabatur. se nolle fidem suam in dubiu vocare. quan-

do quidem officium eius sit perpetuum, neqz nisi mortis illius finiri possit. Neqz post mortem Regis eius presertim qui ia certum successorem habet, sed post mortem tantum thesaurarii thesaurus obsignatur. Atqz etia quôd sepultum funus non esset alii qui non sunt perpetui officiales officia sua retinent. Et erat hec etia aliorum sententia duraturum omnia officia temporaria debere usqz ad id tempus quo corpus terre mandatum esset. Domini Consiliarii qui presentes hic adsunt, quandoquidem authoritatem ea de re statuendi non habent, neqz quae sit sententia Mtis eius sciant nihilqz est eis a Mte patrona commissum, Mtis eius ad ventum expectabunt.

Bona Regina Polonie Episcopis Regni Poloniæ.

Rme in Christo pater sincere nobis dilecte. Visum est Deo opt. Max. cui9 voluntati nemo est qui resistere possit. vt Ser.mus Do. Sigismundus Regem Conjugem nostrum desideratiss.mus ex hac misera et calamitosa vita exceptus in celestem domum suam vocaret, cui9 consuetudo quo nobis fuit jucundior et suavior. hoc maiorem luctum et maroremex eo percepimus, quod eo orbati sumus qui fuit anima nostra dimidium quo secundum Deum nihil charius vnq3 habuimus, sed in hoc tamen luctu et maroze nostro non parua ex eo leuationem capimus. quod eum non minus sancte mortuum esse qua vixerat vidimus. Nichil enim a Mte eius praetermissum fuit, quod a vero Christiano Rege factum oportuit. Neq3 obscure ferre visus est, quod vltro etiam cupierit dissolui et esse cum Christo tanto illius potiundi desiderio flagrare visus est, cui9 cum compotem esse facile speramus. nos quidem et optamus. Sed quoniam in multis offendimur omnes ita vt non iustificetur in conspectu Dei omnis vmens, qua fuimus sollicitudine vt corpori bene esset quoad vixit, eandem sollicitudinem quin de anima quoq3 illius salute geramus timere nos non potuimus. Quamobrem Rtem vestram hortamur atq3 abilla postulamus, quandoquidem ipsa quoq3 Rtas vestra optimi Regis in se beneficentia experta est, vt eius nunc memor clero suo omni edicat, cui ille clemens pater et patronus fuit, quo sacrificiis suis Deo illi placatu

reddere conentur. vt si quid forte adhuc ei retardat
quo minus conspectu eius fruatur ad quem toto quod aiunt
pectore anhelabat. id omne fusis ad Deu precib⁹ et sacri-
ficiis tolli possit. quo primo quoq; tempore. si nondum pote-
tus est. potiri tamen queat. optatq; nro Christi conspec-
tu quem plena concepta fiducia. ex hac vita migrauit. Be-
ne valeat M.tas vestra. Cracq; v.a Aprilis M.o D.o xl viii.o

Bonæ Sphortiæ Reginæ Poloniæ
Nicolao Dzirgowski Archiepo Gnesnen

POST perpetua preuitus et oratione mearu humillima
commendatione. peruenit ad me hodie rumor quidam
tristissimus de S. M.tis regia Seniore morte. qui tametsi
mihi suspectus est. nempe quod hactenus M.tas vestra
nulla ea de re significationem mihi dederit. tamen ex-
trusi subito ad M.tem vestra Cubicularium hunc meum vt
rem certa cognoscam. tu si id plane verum. Quod Deus
auertat. esset. quid hoc mi casu mihi faciendu sit. ex
M.ti vestra intelliga. Nempe an istuc sine mora accur-
tu etiam an cum his dominis Consiliariis prius communi-
atq; de his. quæ ad rem presentem pertinent colloqui
debeam. quam ob rem quicquid M. vestra me facere vo-
let. faciat me velim quam primum certiorem. Quam
diu ac fel.me valere cupio. Gnesne Die vi Aprilis
Anno Dni M.o D.o xl viii.o

Bona Regina Polonie
Nicolao Archiepo Gnesnen

R.me Accurrit huc ad nos Cubicularius cu litt.is vre
L.tis quibus nobis scribit ipsa L.tas vestra rumore quo:
dam ad se isthic perlatu esse de morte Ser.mi Regis Coniu:
gis ac Domini nostri honoran.mi et id circo misisse huc
Cubicularium suu ad nos vt certius hic aliquid ea de re co:
gnosceret et quid faciendu vestra L.ti in eo casu censi:
remus sententia illi ac voluntatem nostra perferi:
beret. Nos licet ante aliquot dies de morte M.tis Regie
et vt supplicationes ad Deu pro anima illius M.tis a
Clero suo fierent scripsimus nihilominus tamen quo modo et
quo die M.tas sua viuere desierit et que hic postea acta
sunt significare hisce litteris L.ti vestre voluimus. Sciat
L.tas vestra M.tem eius Regia Die Dominico Paschae post
horas xii finem viuendi fecisse: et vita hanc mortalem
nosq; una deseruisse. Quod ad nos medicosq; attinet ni:
hil studii curae diligentiae praetermisimus quod ad
salutem illius M.tis conseruanda pertineret. Verum ut
ac morbo vires superauit nec nostra diligentia nec
opera medicorum proficere quicq; potuit quin eius M.tas diem
suu obiret.

De sepultura vero sua M.tis et de aliis negotiis tu publicis
qua priuatis domini Consiliarii qui hic nobiscu presentes
sunt nunciu huc ad Ser.mu filiu nostru Regem expe:
dierit declaraw M.ti sua mortem paterna M.tis rogan:tes

etiam ſua M.tem vt aduentu ſuo ad Regnu accelerret. vt
et ſubditos per litteras et Principes conſanguineos atq affines
ſuos per Legatos ad ſepultura mittet. vt diem certu eidem
ſepultura conſtituat. vt capto cu Senatoribus conſilio Con-
uentu Regni generalem indicat etc. Itaq nos nichil
ni preſens L.tem veſtra inuingimus. ſed expectamus a Re-
gia M.te certu de his rebus reſponſu. et ſignificationem
voluntatis ſue certuq habem⁹ qd Regia M.tas L.tem veſtra.
de voluntate ſua. de die ſepultura et de aliis negotiis certi-
orem faciet. L.tas veſtra ſciet quid pro officio Senatorio et
prudentia ſua facere illa conueniat. Nos etiã ſi quid facto
opus viderim⁹ ad L.tem veſtra ſcribere non prętermittem⁹.
Qua ſalua et felicem valere optam⁹ Cracouię xi Aprilis
M° D° XL viii

Nicolaus Dzirgowski Archieps Gnesnen
Bonæ Sphortie Regine Polonię

POſt perpetua ſeruitutis et orationu mearu humillima
cómendatione. Quantu doloris atq moleſtię mihi attule-
rit. acerbu de morte Ser.mi M.tis veſtre Conuigis. domi-
ni vrzo ac benefactoris mei clemen.mi ia antea cognitu
nuntiu quantuuis M.tis veſtre mœſtitię ac luctus plena
litteris eundem mihi cumulariat. equidem fatis nequeo cõ-
memorare. quis enim non doleat. tã grauis. tã prudentis.
tam Reipub: atq ſubditoru ſuoru amantis. tam bello et
pace præclari excellentisq Regis nichiritu? niſi forte
qui parum conſideret. quantu et priuata noſtra. et
Chriſtiana etiã publica rei. cuis M.ti extincta. tu

presidii ornamenti sit sublatum. Ad has tantas doloris
mei causas illud etiam accedit quod M^tem vestram illius
obitu pro singulari sua in illum pietate ita graviter ferre
cognoui nimirum existimantem se se coniugem amantissimo
ac fautore pientissimo esse spoliatam. Ea vero quae de illius
christianissimo ac sanctissimo decessu M^tas vestra ad me scri-
psit tametsi Christiano homini iucunda potius quam mesta esse
deberent tamen vnicum me pio affectu legendo ea lachry-
mas non potui tenere neque mihi huic hoc M^tis vestrae con-
solandae officium suscipere, verum cum Deo optimo Max: ita
placuisset nos illius M^tis optatissima consuetudine orbatos
non est quod M.^tas vestra tanto dolore se se conficiat. Mi-
nime cum deceat diuina vsque refragari voluntati quae
illum vitae huius miseriis exutum celestem in patriam euoca-
uit vt praeclare cum illo actum esse nemo sit quin videat.
Scio grauem esse dulcissimum amicum vel cum qui nobis vel vita
ipsa charior sit amittere at gravius est id diutius deflere
quod neque mutari neque vitari vllo modo possit cum et modum
excedens luctus defuncto quidem nihil prosit ac dolentis
valetudini multum incommodet. Id quoque cogitare M^tas ve-
stra debet illum nobis quidem grauiter at sibi satis diu vi-
xisse cum summoque omnium orbis monarcharum applausu nomi-
nis sui late patenti fama subditorum suorum amore incredibili
regnasse aetatisque suae cursu felicissime consumato tandem
tam sancte atque pie vita excessisse vt nobis praestantis ipsius
virtutis reique fortiter ac praeclare gestae altius repetun-
dibus perpetuo per gloriam victurus esse videatur. Quia
vero Ser.mus M^tis vestrae filium tam matura atque pru-
dentiae capaci aetate reliquerit non minori id M^ti
vestrae quam nobis omnibus solatio esse debet vt quem cer-
to speramus et optimi parentis vestigia per omnia secu-
turum illiusque praestantium morum atque virtutum vera

: nobis:
ni magnum: esse: relaturu. Regno denigz huic magno semper
bonori atqz presidio futuru. Quam ob rem vestra M.tem hor-
tor supplicit(er)qz rogo vt pio isto dolori modu(m) tandem sta-
tuat, casuqz huic pro sua prudentia modu(m) rat. Idqz
det vel mihi seruitori suo cui cuius salus tanto(pe)re cura
est det vel dulcissimis liberis bonisqz familiaribus suis,
qui M.tis vestra dolore mazent det etia(m) Reipub. vt si qua
in re M.tis vestra consilii opera atqz authoritas indi-
gebit ea commoditus vti possit. De me vero M.tas vestra
sibi persuadeat velim omnia boni seruitoris et Capellani offitia
ni vestra M.tem a me esse profectura. Namqz sedulo proficia
vt non solu(m) M.tas vestra verum etiam omnes homines intelligat
me Ser.mi M.tis vestra Comitis collatoru(m) mi(hi) tot be-
nefitioru(m) atqz etia(m) vestra M.tis de me meritoru(m) for. negz
ingratu(m) vnqua negz immemore(m). Tu vero quidquid ad
istu(m) M.tis vestra atqz Ser.mor(um) suis liberoru(m) sta-
tu(m) atqz dignitate(m) amplificanda(m) ad fortunas honore(m)
salute(m) denigz ipsa tuenda(m) pertinere intelligito nihil
vnqz su(m) pretermissure(m) una cu(m) omnib9 quos mihi bene
velle scio.

Caeteru(m) iusta de quibus M.tas vestra et prioribus litteris
(quae quidem mihi reddita non sunt) et nunc etia(m) me
admonere dignata est per totam dioc.sim meam persolui
iam antea mandauit. Et ipse etia(m) in mea Metropolitana
Ecclesia propediem eadem su(m) persoluturus accersitis
ad ea cohonestanda huius totius prouincie Proceribus.
Quod nunciis a M.te vestra atqz istis Dominis Con-
siliariis ad Regia(m) M.tem sit missus non tam me id con-
silium reprehendere qz alios omnib9 et mihi etia(m) non
omnino probari M.tas vestra sciat. Putarunt enim cum
omniu(m) Regni Senatoru(m) scitu atqz sententia (quod
cu(m) maiori fame Regni atqz etia(m) Principis dignitate

fuisset I nonnulli magnatw vtriusq; status tantis ni rebus admitti. Quod vestra M.tas considerare potest. Cui I clementiæ me et obsequia mea iterw diligentis. mi cómendo. sanamq; et felicem dni vitæ opto. Datw Vnenæ xix Die Aprilis Anno dnī M.o D.o xlviij

Bona Sphortia Regina Polonie Nicolao Dzirgowski Archiepiscopo Gnesnensi

RMi ni Christo pater frater noster dilecte. Accepimus litteras vestra D.tis quibus luctui et dolori nro ex morte Ser.mi Regis et conjugis char.mi concepto consolationem et medicinā adhibet. Ea licet vtamur aliaq; remedia quæ a sapientis. mis hominib9 litteris prodita sunt dolori nostro adhibeam9. fatemur tamen nos dolorem ipsum nostrum non usq; adeo mitigare posse. vt eo carere plane nos sentiam9. Dolemus siquidem mortem Ser.mi Regis et domini nostri clementis. mi qua periculosissimo reip. ea tempore obrigit. qua nos plus q; dici potest miserabili et mesto animo perferim9 desideriumq; illius solis lachrimis et languore mentis acerbissimo prosequim.r Fuit is dimidium animæ nostræ. quo post Deum nichil ni vita charius habuim9. quem vti patrem patria lugere omnes debemus. Et tametsi ratio sane nobis indicet minuendum esse. atq; mitigandum luctum eorum. qua non vllius aliena culpa. sed solius Dei prouidentia et ordinatione mortalibus contingunt. Scim9 enim hanc esse omnium nostrum conditionem. vt quemadmodum Deo ac naturæ beneficio omnibus hic bonis et comodis fruimur. ita ad illius

quoqꝫ voluntatem · vite nostre tempora subiecta · et accommodata esse oportet: tamen fierre nequit humanitas nostra quin interdum ex desiderio tui preclari Regis · conuigisqꝫ dilectiss.mi dolore nos succumbere oporteat · minutas ac reluctantes · lemperamus tamen quantu maxime possumus · a lacrimis · et consolationibꝫ tuꝫ vestris Ptis Mtis tum aliorum nobis benevolentiu amicorum dolorem leniamus.
Domino Deo nos et res nostras nuperimis cómendantes qui sicut ei placuit · visitare et contristare nos omnes voluit · Sit ipse nobis propitius et benedictus in omnibꝫ operibꝫ. Agimus autem et habemꝫ gracias vestre Pti qꝫ nos in presenti luctu nostro visere et consolari operaqꝫ studiu et constiu tuꝫ suꝫ qꝫ amicorum suorum pollicerj nobis voluerit · et mortem Ser.mi Domini sui et conuigis nostri desideratiss.mi se dolere atqꝫ egro animo fierre declarauit · gratissimu est nobis hoc officiu vestre P.tis quod illi vicissim gracia nostra regia et amicos officiis referre curabimꝫ · qua salua et fel.ma esse desideramꝫ. Datu Cracouie penultima Aprilis M° D° xl viii

Andree Noskowski Epo Plocensi
Amicus · Salutem

RMe Domine · domine colen.me. Salutem orationes et obsequia fidelia · Nichil letj · nichil boni hic habemus quod ad vestra Ro.ma Do. scribi possit. Nam alter Rex pater · mortuus est nobis · alter vero filius · nos · sqꝫ vna ad tumba parat · vtraqꝫ nota sunt Ro.me D.ni vestre · Populus noster · nunc mortem semj regis dolet · quem paulo ante abdicare se Regno conabat ·

q̄ ni opaco sedet ni habitaculis fenestris ac paricibus nigro panno contectis negotia nulla curat. Decreuit non manere simul cū filio et hoc sepe audiſ ex ea q̄ non vult omnino hanc [redacted] ta laudata aspicere. Parat se ni cōsuescat decreuit tertio post sepultu: ram die huic abire ad Masouia. Propositu hoc an mu: tabitur Deus scit

In Polonia maiore et ni Germania vbiq̄ acclamatur Maximilian⁹ Maximilian⁹ hoc est studia hominū pro: pensa sunt vt Maximilianū Regis Ferdnandi filiū [redacted] habeant.

Dominus Episcopus noster Cracouiæ crebro flet fodia hæc et clamores et [redacted] funestæ et tot mala quæ imminent cū perturbant. Comendo me et obsequia mea R.mæ Dñi vestræ cui vitā longā et fel. mos successus ex animo precor. Cracouiæ Die xx Aprilis M°D xl viii.

Paulus Episcopus Vilnen
Bonæ Regine Poloniæ.

Cōmendationē meā perpetuæ seruitutis ni clemētiæ Sa: cræ M^tis vestræ præfata diligen.^mi. Jugenti præcipuoq̄ quoda dolore et luctu vestræ M^tem ex morte et obitu Se.^nis Principis nostri et Domini clemen.^mi Coniugis S. M^tis vestræ desiderat.^mi confici vehementiq̄ sollicitaſſe et modū lachrimis non addere quū ad me multi multa quotidie afferrent. Etsi hæc calamitas hicq̄ meror omniū nostrū fideliū illius M^tis subditorū vere sit cōmunis

quod tali Principe et vere patre patrie qui fel^me^ multos
annos regnabat. ac fide vera in Deu. clementia in subditos
omni denique administratione et pub^ca^ et private Regni sui
toto tempore absolute. nisi Principem representabat et cui 9
nominis fama non solu apud nos sed per universum orbem
diffundebatur orbati sumus. Tamen quu paululu ab iis curis
mihi respirare datu erat. Nolui S.M^ti^ vestra Domina
mea clemen.^me^ ex hoc nimiu turbata ac mesta officio meo
tenui consolatorio C licet et ipse consolatione indigeat D de-
esse. vt S.M^tis^ v. animu ab iis sollicitis cogitationibus
auocarem. Dolorem quz illius tam anxiu aliqua ex parte le-
nirem. Ac ea scriberem ad S.M.^tem^ vestra qua vale-
tudini et dignitati illius conducere arbitrarer.
Si casu et natura in bonis dominari cuipiam habemus
S. Regialis M^tas^ eaq lege hominem natu esse scimus
vt fatali necessitati pareat. quandocunq tempus tulerit.
Neq esse recusandu quominus ea qua nati sum^us^ condici-
one viuamus. Nec id grauiter feram^us^ quod nullo consilio
vitare possum^us^. certe nihil nouu nunc Principi nostro
accidisse reputabim^us^. Immo bene cu eo factu existi-
mabim^us^. quod optime acta vita. et non morbo vel casu
aliquo. sed morte ob naturam etatem accedente. prestitoq
Reipub. quantu debuit. Imo qua est ab animo cuiusqua
aut consilio hominis postulatu diem suu obierit. et ex iis
miseriis atq miquissima conditione vite ad eterna ta-
indubiam adhibere velit, nosq; amet, et valeat dna fel.^mr
vna cu Conjuge et liberis suis charis.^mis. Datu Cracouie
prima Die Junii M° D° xl viij.

Bona Sphortia Regina Polonie Heduigi Reginule polonie: vxori Joachimi Marchionis Brandburg

Jll.ma Princeps et domina filia nostra charis.ma Salutem et omnis boni ac perpetue felicitatis continuum incrementum. Cum mitteretur huc a Ser.mo Domino Sigismundo rege Polonie filio nostro fratre Jll.tis vestre ad Sacram Cesaream et Romanorum Regiam M.tem Mag.cus Stanislaus ostrorog patricius regni nostri nos memores Jll.tis vestre tanquam filie charis.me commisimus eidem Oratori regio Jll.tem vestram adire et eam nostro nomine visere ac salutare et omnia ei prospera precari. et simul nonnulla de mente nostra dicere. Rogamus illa vt ei in his que dixerit credere velit. Commendamus nos amori nostro Jll.tis vestre qua salua incolumem et felicem diutissime valere optamus Datum Cracovie prima die Junii M° D° xl viii.

Bona Sphortia Regina Polonie / Ottoni Cardinali Epo Augusten.

Accepimus litteras Rev.me D. vestre quibus accurate grauiter et prudenter dolori nostro, quem grauissimum hausimus ex acerbo nobis interitu Ser.mi Regis Polonie coniugis nostri desidera: tissimi leuationem adferre conatur que nobis quidem non potue: runt non esse gratissime. neq; id dubitamus consolationem hanc ex summo R. D. vestre erga nos studio profectam esse Sed quod fuit ille Princeps omni virtutis genere excellentior quo plu: ra et maiora singularis erga nos sue benevolentie documenta

dedit hoc minus imperare animo nostro possumus. vt est nobis
exceptum debito luctu non prosequamur eo cum orbata sumus quo
nichil in vita charius habuimus qui tantum sui desiderium mori-
ens nobis reliquit. vt acerba prorsus nobis absq3 eo vita sit
Est quidem sexus noster fragilis, sed ne virile quidem vllum robur
tantum esse videmus quod grauis hic tanti Principis casus non
concusserit. vt quæ propria quasi nostri sexus imbecillitas esse
videtur. ea nobis cum viris etiã quamlibet magno et excelso
animo preditis ni hoc tam sancti Regis. tam tristi funere sit
communis. Ita vt minime mirum videri oporteat si nos quæ
imbecilliores cæteris esse videmur a luctu nobis et lachry-
mis temperare non possumus. quas quanto fundimus vbe-
riores tanto maiorem doloris nostri lenationem percipimus
ac nisi filium ex illo susceptum haberemus. regni successorem atq3
ante annos plus minus decem et octo summa omnium voluntate
Regem coronatum. maxime nobis lacrimandum planeque foret. Solus
hic est in quo cura nostra conquiescunt. Quem quod R.D.
vestra admoneri per nos vult vt antiquam amicitiam cum Austria
ea domo constitutam. modis omnibus tueatur. etsi currenti
vt aiunt calcar addere necesse non est. faciemus tamen liben-
ter quod submonet R.D. vestra. Nouit nos in eadem in qua
illa est sententia sumus. eos domum Principes imprimis beatos
esse. quibus cum nicolita domo Austria amicitia interceedit. quique
omnia facium vt ea sancte colusse videantur. In quorum numero
vt sit Ser.mus filius noster. summo studio contendet et labo-
rabit. Nam neq3 habet vllos alios in terris qui arctiore sint
ei propinquitate colligati. neq3 committet vt tualis in rebus
tum in hoc præsertim sibi regnoq3 suo cumprimis salutari amore
maiorum suorum præcipue vero dñi Parentis qui nuper in
Christo obdormiuit. dijecisse iudicari possit. Constat enim Ser.mum
Conjugem nostrum qui maternum genus ex hac omnium clarissi-
ma familia ducebat. nihil Ser.mis fratribus istis. et eorum

liberis charius habuisse. neqz magis ei in vita propositu quicqz
fuisse. qua vt non modo retineret cum illis veterem amicitia
verum etiam quibuscunqz posset honestis rationibus eam augeret
et amplificaret. facile procul dubio Ser.mus filius noster
vt sicut ditionum ita amicitiarum paternarum hares et suc-
cessor esse cognoscatur. neqz maior erit illi cura tuendorum
regni sui finium qua necessitudinis cum tam Ill.zi domo con-
servande. hoc R.D. vestra certo sibi de Ill.te illius polliceri
poterit. A qua nos quoqz vicissim petimus quantum apud Ser.mos
fratres hos gracia et auctoritate valet. tantum conniti velit
vt qua fuerunt erga Ser.mum conjugem olim nostrum benevo-
lentia. eadem Ser.mum quoqz filium nostrum prosequatur
Neqz dubitat quin M.tas illius eodem quo diuus parens eius
animo. ac maiori etiam si fieri possit studio et observantia
erga Ill.tes vorum sit futura.

Quamuis enim alia re potius qua amore et benevolentia
se a Ill.tibus vorum vinci patiatur. In ceteris rebus facile
concedet M.tibus earum in hanc Principatum affectet
Neqz committet vnquam vt posteriores tuisse videatur. Neqz
alio quam quo diuum parentem suum Ser.mos fratres hos
loco semper est habiturus. Quam salutem et felicitatem esse per-
petuo optamus. Datum Cracouie die prima Junii M.o D.o xl viii.

Bona Regina Polonie
Ferdinando Romanorum
Vngarie et Bohemie regi

Ser.mi Princeps et domine frater post consanguinitatis charitatem
ac honorem. Cum mittatur ad Sacram M.tem vestram a Ser.mo
filio nostro domino Sigismundo Augusto Rege Polonie vir
Martinus Cromerus Canonicus Cracouien Secretarius.

Commiſimus ei M^tem vestram Ser.^ma nostro nomine
viſere ac salutare, benevolentia nostra et amica offitia illi
offerre: et felicia ac fausta omnia precari et nonnulla alia
referri: rogamus M^tem vestram vt ei dicenti fidem adhibere
dignetur

Quamuis certum habeamus M^tem vestram ex fama tum ex
nunciis et ex litteris multorum cognoiſſe Ser.^ma Dominum
Sigiſmundum Regem Polonie coniugem ac dominum nostrum ho-
norand.^mum morte ex hac vita ſublatum eſſe: tamen per eum
Secretarium Ser.^mi filii nostri verbis ac litteris hiſce ſi-
gnificare illi voluimus, domino Deo ita viſum fuiſſe, cui^s voluntati
cuncta ſunt, ipſum Ser.^mum dominum Coniugem nostrum ex hac
mortali vita ni celeſtem domum euocare, cui^s conſuetudo q^o
nobis iucundior fuit et ſuauior hoc maiorem luctum percipimus
et maiorem q^o eo orbata ſumus qui fuit anima nostra
dimidium, quo ſecundum Deum nichil vnquam charius ha-
buimus. Sed in hoc tamen luctu et maerore nostro non-
nulla ex eo leuationem capimus: q^m cum non minus sancte
quam vixerat mortuum eſſe vidimus. Nichil enim ab eius
M^te pretermiſſum fuit, quod a vero Christiano Rege factum
oportuerit, neq^z obſcure fecere viſus eſt: q^m vltro etiam cupierit
diſſolui et eſſe cum Christo. tanto illius potiundi deſiderio
flagrare viſus eſt, qui quo plura ac maiora ſingularis ſua
erga nos benevolentie teſtimonia dedit eo minus mipe-
rare animo nostro miperare poſſumus, vt cum nobis exceptum
debito luctu non proſequamur, ſine quo vita etiam ipſa acer-
ba nobis eſt. hunc igitur tam triſtem caſum acerbumq^z do-
lorem nostrum M^ti vestre Ser.^me ſignificamus quo etiam
affici illum non modico exiſtimamus, q^m orbata eſt M^tas vestra
Ser.^ma fratre et amico mitiſſimo, et principe pacis Chriſti-
ane ſtudioſiſſimo.

Significatu autem est nobis: qd M^tas vestra Ser.^ma vna cu Sacra Cesarea M^te cognita morte eiusdem Ser.^mi Regis Polonie solennes ac magno apparatu exequias funebres defuncto eius M^ti curare dignata sunt. Quod officiu Sacrarum M^tu vestrarum est nobis plusqua dici potest gratissimu. In quo M^tes vestra testatu fecerunt, quantu vnu cu amarunt-cu defunctu tanto honore et charitate digunta sunt prosequi cuius caru officii et pietatis nos grata ~~et~~ memores semper erimus. Rogamus autem M^trm vestra vt ob amorem Ser.^mi Ser.^mi defuncti Regis nos et cu Ser.^mis liberis nostris ni hac orphanitate nostra veteri amore et benevolentia sua prosequi dignetur: operq et gracia nobis vbi opus foret sua adesse non dedignetur. Do^s Deus seruet M^tem vestra Ser.^ma ni multos annos salua et letam et fel.^ma. Datu Cracouiæ die xv. Junii. M° D° xl viii.

Carolus quintus Cesar Romanus
Bone Sphortie Regine Polonie.

Ser.^ma Princeps soror et consanguinea char.^ma. Quas vestra Ser^tas ad nos dedit Epistolas luctus et maroris plenas de obitu quonda Ser.^mi conthoralis sui fratris et consanguinei nostri char.^mi et honorandi Regis Sigismundi immortalis memoriæ. Quarq in ea sententia Mag.^cus Stanislaus de ostrorog patricius regni nostri orator Regius verbis copiose disseruit nos eo quidem animo accepimus quo maximi et sapientissimi Regis, summa nobis amicitia et incredibili amore coniuncti casu accipere par erat. Neq id nostra tantu causa qui optimo Principe, coniunctissimo fratre orbati ni magno luctu constituti sumus, non Ser^tas vestra cui amisso eo cui tot annis con-

iunctissimo federe connixit, merito condolemus non Regni Polonie, quod etiam si optimum Regem patrem Patrie amisit habet tamen regni successorem. Sed reipub: in primis causa cui ia excepto rege, omnium huius etatis sapientissimo pluzimum opis atqz presidii exceptum videmus. Que omnia quanto altius expendimus, tanto magis maxore tristitiaqz confi: cimur. At uiterum ubi ni mentem venit cor Regis ni manu Dei esse sortem communem mortaliu animo revolvim?, quu expendimus Regem hunc perpetuo vite cursu, cu summa laude virtutis et glorie vixisse, coqz cursu ad extremu etatem ducto, tandem sana mente atqz integris sensib? ita se composuisse ad mortem ut perfunctus summis honoribus, summa dignitate migraturus hinc ni meliorem illa vitam latus diem obitus sui exceperit, atqz plane dignu vita exitu habuerit. Hec omnia conceptu nobis dolorem vtcunqz lenimus. Nichil vero dubitamus Sertem vestra prudentiss. famina, qua est prudentia, atqz omni moderatione predita, hunc animi sui luctu ita temperaturam esse, ut neqz diuine dispositioni frustra se se opponere, neqz communi fato mortaliu legem imponere aut Regi Conthorali illud minuere velle videatur, quod optimu ac beatissimu omniu absoluto hui? ami cursu mortalibus contingere potest, et cuius solus causa ni hac hazena decertamus. Jam quod ad vestra Sertem et cius Ser. nos liberos attinet, Ser. tas vestra sibi velim persuadeat ut veterem illu amorem ac benevolentia nostra qua Ser. mo quonda Regi Sigismundo coniunctissimus haud quaqua uiterisse cuillo. Sed et vestra Sertem et Ser. mis eius liberis integra semper esse ac denicqs quoqz fore adeo ut omnem fauorem et opem sibi de nobis suo ac merito pollicerj possint et debeant, neqz est cur hac ni parte sollicita sit. tantu ut animi maxore

atqz

atqz luctw cõpximat Sextas vestra et causa diuina dis-
positiõi committat. eandem Sextem vestra etiã atqz
etiã hortamur. Cetera vero que illi cõmunicanda sunt
nostris verbis explicabit. Nobilis nõster et Imperii sacri
Dapifer hereditarius et fidelis dilectus Gulielmus Truch-
sas Baro in Walpurg orator noster quem isthuc abligam
qui etiã nomine nostro Sextem vestra aditurus est. Huic
plenã fidem adhibere dignabitur eadem Sex.tas vestra
Quã et bono animo esse iubemus et qua rectissime valere opta-
mus. faustaqz omnia illi apprecamur. Datum in Ciuitate
nostra Imperiali Augusta videlicet die nona Mensis Ju-
lii Anno Dñi M.o D.o xl viii Imperii nostri xx viii
et Regnorum nostrorum xxxiii.

Bona SSforcia Regina Polonie
CArolo quinto Cesari Catholico

SEr.mo et Excellen.mi Princeps ac Domine frater et
consanguinee charissime ac honorande. veniens a Sacra M.te
vestra Cesarea. Nobilis Gulielmus Truchsas Dapifer ac
orator illius et litteras nobis ab ea attulit. et oratione sua
verbis ac nomine Sacre M.tis vestre Cesaree salutauit
nos et ni dolore ac luctu nostro nos officiose est consolatus
Cui quidem luctui maroriqz nostro. tametsi non medi-
ocre leuamen attulerunt adhibite nobis consolatorie
rationes. tamen hec vna inter ceteras gratissima
nobis accidit consolatio. q Sacra M.tas vestra Cesarea
testatum nobis facere dignata est. veterem amorem suum
ac benevolentiã erga charum fratrem defunctum regem
Polonie. non cum defuncto illo interiisse: sed integra nobis

et Ser.mis liberis nostris permanere, vt de fauore opeqz
Sacra vestra Cesarea M.tis omnia pollicerj nobis debeam?
Quod tã humanum officium ac potius pietatem eius gratissi-
mo animo accepimus qua et grata semper recordatione
prosequemur. Nec minori etiã animi nostri gratitudine
accipimus officium hoc tam piu tamqz Christianum Sacra
M.tis Cesarea. q. Oratorem suum ad coronandã nomine suo
Cesareo Ser.mi regis Polonie coniugis nostri desideratiss.mi
sepulturam mittere dignata est. pro quo etiã eidem Sacra
M.ti vestra Cesarea summas gracias agimus quod illi
omnibus officiis. una cũ Ser.mis liberis nostrq promi-
xerj illi curabimus. Ad reliqua qua Orator nomine Sa-
cra M.tis vestra Cesarea nobiscum egit. verbis ei respon-
dimus. Qua ille rediens Sacra M.ti vestra Cesarea ex-
ponet. Cui nos cũ orphanis liberis nostris cõmendamus
Rogamusqz vt nos in amore et benevolentia suam conservare
re velit. Dominus Deus seruet M.tem vestra Cesaream
diutissime salua felicem et semper victoriosam. Datũ
Cracouie die Augusti M.o D.o xl. viii.

Paulus Papa tertius.
Bona Regine Polonie.

Charissime in Christo filia nostra. Salutem et Apo-
stolicam benedictionem. Etsi mors clarae memoriae
Regis Sigismundi viri tui non solum isti Regno. sed
etiam vniuersae reipub. ex Christiana inportuna ac
molestissima accidit. cum ille semper. et praesertim his
nostris turbulentis temporibus sua virtute ac pru-

dentia ni communis consulueret, consolari tamen et tu
et istud Regnum ac nos et Respub. Christiana possumus
quod ille annis et gloria plenus. Regnum istud tanta
virtutis et probitatis fama, et cõmuni vestro nato
optima spei Regi reliquit ab heroibus vicinis nitactum
quodqz sicut ex vita eius pientissima acta et ex Dei
misericordia sperandum est, ipse a terreno regno ad cele-
ste regnum translatus est, qua duo illi tanqua optimo et
prudenti Principi semper cura fuisse non dubitamus
vt autem nos pro paterno nostro erga S.tem tua amore
officium et consolationis ob illius mortem et gratulationis
et ob cõmonis vestri filii assumptionem hoc tempore per pro-
prium nunctium exequamur. Mittimus ad vos dilectum filium
Abbatem Martinengum Camerarium secretum nostrum putium
exhibitorem, virum sua doctrina et nobilitate nobis val:
de charum vtrumqz officium, et cum ipso Sex.mo nato tuo
Regi et cum M.ti tua executurum ipsa M.tem tua ni
Deo domino hortamur vt ipsi Abbati nunctio plena fidem
adhibens pro tua solita in Deum pietate et in Apostolicam
sedem reuerentia ipsum natum tuum licet sponte sua in hoc
promptum et animatum, ad continuanda paterno exemplo
Catholicae fidei ac eiusdem sedis defensionem materna
pietate accendere continue velis. vt hoc gaudeamus
quod et futurum speramus ipsum tum et illius communem
filium in paternas virtutes haud minus quam in Regnum
successisse. Datum Romae apud sanctum Marcum subanu-
lo Piscatoris die xxi. Junii Anno M.o D.o xl viii
Pontificatus nostri Anno xiiii.

Oratio Stanislai Orzechowskii habita in funere Sigismundi primi Regis Polonie

Hec rursus in Italiam delata est
Venetiis fuit impressa

LEgimus nuper ad nos, ex intima vsq; Sarmatia missam orationem, in Sigismundi Poloniæ Regis funere illic habitam quæ nobis visa est, longe plura ac maiora habere in recessu quam in prima fronte promittat. Sta tu facilem rerum ac sententiarum copiam, tu verò amabilem quandam dicendi suauitatem et prudentissimam totius causæ dispositionem adducti digna eruditissimi cuiusq; lectione iudicauimus et in gratiam Doctorum hominum publicandam libenter curauimus illud ab amico lectore dari nobis volumus, vbi iudicium suum pependat, quo ad totam plane perspexerit, nemo quod fide, ei studio detulimus, prius quam intellectum sit, neglectum relinquat. Eam si perlegeris gratias certo scio habebis, ingeniumq; et doctrinam Ruthemi hominis admirabere. Huic enim et Polonicarum seu mauis Sarmaticarum rerum historia scitu dignissima, non sine voluptate intelliges, et qualem esse Regem, qualiterq; aborum regia Rempub. administrari oporteat, summa prudentia videbis expressum. Sed tu orationem ipsam legens de re tota melius iudicabis. Vale.

Oratio

Rex noster mortuus est. si tamen ille mori potuit
quem sua præstans atq; Regia virtus immortalem ante
obitu reddiderat. qua ille cum constaret. ni omni vita ca-
leret. quid tandem est cur hunc mortuum dicamus esse
potius. qua hoc mortali corpore exutus ad illa immorta-
lem vita abisse. ad quam sibi iter. sobrie. iuste ac pie viven-
do parauerat? Abiit igo hinc, nos fletus ac dolentes
reliquit ni hoc squalore. ac sordibus. quibus obsiti in funere
ipsius comparemus. Nobis cum illo periere omnia Equites,
illi vero nihil prater hoc mortale corpus decessit. pro
quo tamen ipso. commutatur nunc ipsius acta vita cum
tali. atq; immortalitate sempiterna, nostra autem
hæc mors. verius quàm vita, illius a nobis discessu. quàm
afflicta. exulq; sit. lusus sunt. maxor hic vester
ac vestra pia lachryma. quibus deflemus non illius Re-
gis nostri. qui nullus illi est. sed orbitatem nostram. Ani-
mus cui Equites non dominum. nihil cui ille minus no-
bis fuit. sed iustissimum Regem atq; indulgentissimum pa-
trem. qui cum xxxvii et quadragesimum annum regnarit apud
nos. quod exemplum regnans non dedit nisi ac moderati
Imperii? aut quod monimentum post se non reliquit in
hoc Regno. humanitatis. mansuetudinis. atq; benefi-
centiæ erga vos singularis? quocunq; te animo atq;
oculis conuerteris, plena omnia exemplorum illius sapien-

nustitia. fortitudines. temperantia. ac virtutu omniu
reliquaru reperies, sui Ecclesiae Dei videas qua ille in
tegra atq; nicorrupta in Polonia praestitet. sui ipsa temp:
qua ipse tanqua bonus pater unica filia in sinu suo comple:
xus. tam domi quà foris. tam pace quà bello. fouit au:
xit ac omnibus ornamentis cumulauit. Iuqua quidem re. ea
talem se Regem gessit. ut et omnes ante se Reges facile
uincret. et cateris post se ssem imitandi adimeret. Co:
dant huic omnes Reges: soli etiã, scientiã Reguandi
concedant. non Cyrus ille. non Agesilaus partem laudis
aequalem ac gloriae cu hoc petant, qui non tam rebus ge:
stis ipsis qua scribentiu ingeniis magni fuerunt. De iis enim
non ad ueritatem historiae ut uidetur. sed ad imitatio:
nem exemplu gracci homines multa ficte scripserunt
At hic noster Sigismundus Regu Rex. non solu bene
uiuendo. ac sapienter regnando Cyru atq; Agesilau su:
perauit. aut si quid in Regu genere maius hisce fuit. sed
etiam illoru ipsoru scripta. qui de illis Regibus elo:
quentissime copiosissimeq; scripserunt. melius hic uixit
qua illi dixerunt, melius regnauit. quã praeceperunt.
Ita Sigismundus Rex noster. non ficte, neq; stilo adumbra:
tu. sed uiuu exemplu atq; rebus ipsis expressu. ceteris
Regibus a Deo fuit propositu, ut in hoc Rege. ceu in quo:
dam illustri monumento essent reposita omnes Regiae
uirtutes: unde iuuenes posset. quo humanu genus seruari,
quo regna administrari, quo iura. mores. instituta. leges
in hominu uita. sancte. ac quiete possint retineri. quid?
solis ne Regibus exemplu uiuendi fuit? minime uero
Equites: Nemo enim etiam enim nisi ma sortis reperietur
qui ad bene. beateq; uiuendu ex hoc Rege exemplu
non posset sibi sumere. sine enim religionem ipsa species
quem anae sanctitas sanctimonia uita non uicit? sine

etiam has virtutes vitæ communis considerēs, nempe
pacientiā, obsequiū, modestiā, ac temperantiā, quis non
dicō in summo Imperio Rex, sed bono ipse præditus,
quem augusta vis coerceat. Hæc ista cōmendationē Si-
gismundo pax fuit? pauci Equites, et haud scio an aliquis
omnino fuerit: ita illē summā vitæ absolut, vt sapientiā
Reges, præditos vero moderatione vitæ antecellerēt. ta-
lemq; se in omni vita præstatim ac publice præberet
vt id nulla orationis copia, vt par est explicare possit:
ne illius quidem Xenophontis Græci, cuius ore Musas
tū locutas ferunt, cum Cyrū illū fundatq; Agesilaū, ma-
gnos faceret. At ne me quis ad Græcorū morem tempo-
ris ac luctus vestri causa magna hæc facere existimet,
ostendā Equites talem Regem nos amisisse, qualis in Po-
lonia ante Sigismundū nemo, extra Poloniā vero pauci
omnino apud omnes gentes fuerunt, suis bona ipsius
propria spectes, suis quæ illi natura aut fortuna lar-
gita fuit consideres, vt merito mores huius optimi Regis
dolorem huic Senatui, mœrorem equestri ordini, squalo-
rem Poloniæ, luctum ac gemitū omnibus attulerit. Et
vt hæc ex iusto dolore profecta esse, ac amore intimo omnes
intelligant, breuiter mihi dicendū est, quod genus
vixi fuerit: qui in regnando mores: quæ fides erga illū
et voluntas nostra, vtilis erit et grata hæc oratio non
solū nobis in malis nostris, sed etiam his qui eum laudē
vniuersi aut gloriose regnare concupiuerunt. Sic enim
de Sigismundo Rege loquar, vt nihil nisi singulare, nisi
regium, nisi diuinum de hoc rege a me scitis audituri: idq;
quod dicam, non facultate orationis meæ, a qua longis-
sime absum illustrabo, sed rebus ipsius gestis atq; exem-
plis cum sua sponte clarissimis, tum vero vobis notissimis,
non abutar enim conscientia vestra, equites, falsa enim

gracia ab illo mortuo quid mirc studeat qua tota mortc
ipsius sublata est. sola illius virtus manset nimortalis. de-
qua sine inuidia audiendu est. vt illius clarissimi viri re-
cordatione ac desiderio vota faciamus quo Deus noster
similes Sigismundo regnare in Polonia velit. si non omnes
C nam id sperare fere iam fas non est Dat saltem aliquos
hoc nos certe animo esse. ni hoc exequiarw ~~fune~~ mmcre conuenit
vt Deus non huic tantu mortuo. sed etiam ipsi Polonie regno
nobisqz sit propitius. nostrasqz res afflictas atqz ni de-
sperationem prope modu adductas. benignus aspiciat. Me
etiam vt attente audiatis etsi rogandi non estis maxime tu hic
vester. vos satis attentos facit. tamen vt consuetudinem
seruem rogo.

oratio

SIgismundus Rex anũ habuit Vladislaw Jagellonem qui ex Lithuana gente in Polonia regnauit primus, virtũ omnibꝰ tam bellicis quàm religionis laudibus cumulatus, qui cũ octo et quadraginta annos in Polonia regnasset, multa trophea de hostibus omnis generis constituit, inter quos Germanos memorabili pugna ad Dumbrouno in Prussia deuicit, et quod nulli vnquã regũ nrqꝫ nationũ de Germanis licuit, hic solus est inuictus. qui cæsis in acie vno die Germanorũ quinquaginta millibus. Germanos a Polonis posse vinci docuerit. Præterea alias victorias atqꝫ triumphos ipsius varios atqꝫ infinitos, quòd illi nunc nihil ad nos etsi ad nos. nihil ad hoc tempus, de quibus tamen eruditi homines multa scripserunt, hoc tamen dicam id quod a patribus traditũ meminisse debetis, magnũ hunc et excellentem Regem ac admirabili regnandi sapientia in Polonia fuisse, qui non satis se functũ officio ac munere regio putaret, si tantũ res humanas administrasset. nisi etiã res diuinas summo studio curasset. Itaqꝫ Lithuanũ hunc Deo gentem, ac impiã ante hac, ad ouile Christi primus adduxit, in Ecclesiamqꝫ dicauit. Deinde cũ litteras ipse nullas sciret, tamen hic omne litterarũ genus ac musas ipsas tam latinas quàm græcas, in Polonia introduxit, nullũ regnũ esse ratus absqꝫ litteris, nihilqꝫ sancti ac iusti nrqꝫ honesti ibi posse esse. vbi philosophia non coleretur nomen, quòd illa ex agrestibus ciuiles, ex inmanibus mites, ex barbaris doctos, ex hominibus postremo Deos ipsos faceret. Huic ergo tam excellenti suæ arti suæ virtuti suæ diuinitati potius euidã, Vladislaus Jagello domicilium in ea vrbe collocauit. quæ caput ipsius regni fuit. Cracoviqꝫ cũ gymnasiũ condidit. quod omni virtutis, ingenii, ac doctrinæ laude, ad hanc diem floret, vt inde tanquã ex equo Tro-

12. annos regnauit.

iano innumerabiles viri prodierint sapientia et doctrina præstantes. In hoc enim gimnasio, Jagellonis opera, non sepositæ aliqua philosophiæ seu sapientiæ pars tractatur, sed tota ipsa omnibus suis partibus perfecta atqz absoluta. Summa hæc laus est Equites, nigens Jagellonis gloria, immortale chio in nos liberosqz vestros meritum huius optimi et diuini Regis, quo ille tanquam luce quada et splendore mirifico, obruit omnes victorias laudesqz non solum suas, sed etiam aliorum, qui Sarmatia illa fera et indomita hac ista humanitate litterarum expolunt, vt cum ferocissimæ gentis Polonia antea fuerit nihil nunc contra beneficio doctrinæ, hac eadem nihil videatur esse mansuetius, neqz humanius. Hanc ergo humanitatem qua in templis, qua in foro, qua in regno, ac in moribus nostris versari videtis, Jagelloni regi omnem debemus qui accersitis in Poloniam litteris, adhibitisqz earum doctoribus, nos ab agresti vita ad ciuilem vocauit, nobisqz persuasit, humanitate et doctrina nihil esse melius, contra vero feritate ac inhumanitate nihil esse hominis indignius, qua una re atqz sola, immortalem gloriam ille est adeptus. Nam vincere bello Germanos, magnum quidem illi fuit, sed quod victoriæ non bonorum virorum sunt tantum, sed interdum etiam malorum, ideo vera curent laudes fat curare, vt pie, caste ac religiose viuatur ab his, quibus præsis, solius est mihi credite hominis pii, casti atqz religiosi. Jam vero nisi diuino aliquo animi motu Jagello rex maiora concupiuisset, et nisi fuisset natura philosophia in huius viri mente quædam, quo modo ille aut de litteris ipsis aut de illorum doctoribus, ac de gimnasio condendo cogitare potuisset? præsertim cum litteras ipse legeret nullas? Quàm autem cara fuerit Deo opt. Max. hæc Jagellonis mens atqz voluntas, inde apparet, quod ipsius genus longe lateqz regnare non in Sarmatia solum, sed in Hungaria,

Bohemia

Bohemia, Slesia atqz Moravia, longanw, ac glorioſw voluit,
vt Jagellana progenies ſingulari Dei beneficio edita in hanc
lucem eſſe videatur ad retinendos homines in hac ciuili
ſocietate, ad erudienda vitas illorw communem, ad con-
ſtituenda regna, ad vniendā Imperia, demqz ad proferendos
fines humanitatis atqz religionis. Jam videtis Equites
quae veſtra eſt ſapientia, & quo fonte profluxerit Sigiſmū-
dus rex ad hominw vitas gubernandas atqz conſeruan-
das, quàm puro, quàm ſancto, quamqz repleto omni militia atqz
ſapientiae laude immortali. Sed ante quam de Sigiſmundo
dicam, audite per quos vicos haec amita virtus ad Sigiſmun-
dum peruenerit. Jagellone e viuis ſublato, Vladiſlaus eius
filius maior natu. huius autem Sigiſmundi patruus re-
gnum paternum ſuſcepit. dignissimus filius illo patre ac auos
ſor in tuendo paterno regno omnium acerrimus, qui extre-
ma puericia a Polonis rex eſt factus. Iuuenis vero ado-
leſcentia, rex eſt ab Hungaris abſens expetitus bello Tur-
cico maximo atqz acerrimus hoſtibus. Tanta opinio de
illo animos omnium peruaſerat, vt in illius indole, ſalus
omnium gentium reposita putaretur, ita vt et Polonis da-
re ſalutem, et Hungaros liberare periculis poſſe viderentur.
Tanta virtus huius regis fuit, tantus ad virtutem im-
petus, vt prober aetatem periculoſiſſimis temporibus
maximis undiqz ſeptus hoſtibus, duo regna maxima
Sarmatiae atqz Hungariae, ſumma atqz incredibili
virtute conſeruarit: Scithas in Ruſſia irruentes ſepe
vicit: Valachos Polonis adiunxit: Amuratem ipſum ſpe
atqz cupiditate Hungariae imminentem cum vniuerſa
Aſia, ex Hungaria victum fugatumqz expulit atqz eiecit. Cui
quidem regi veluti Aaronem quendā ſanctiſſimum atqz for-
tiſſimum virum Joannem Capiſtranum de familia Francisci
Eugenius quartus in ſocietatem Turcici belli miſerat.

quo ille administro atq; comite, non solu Hungariæ, sed omnes
Christianorum prouincias ab æterno interitu conseruauit. Ita
quamdiu vita incolumis Vladislao fuit, tamdiu Turcarum
genus ~~minus~~ minus potens, ac minus formidabile prouinciis
nostris fuit. Illo vero, Varnensi prelio victo, q; ille virtuti
ac rebus secundis consisus, impari militum manu cum Otma-
nis conflixerat tantum Turcarum tirannum postea sunt adepti
quantum nunquam eo vino optare sunt ausi. In quo tamen
prelio, cuitui illa Jagellonis excellens, atq; inuicta in hoc
rege virtus, cum cui nicluiaret ad victoria, spesq; ni sola
restaret fuga, et cum cæteri exceptis Polonis fugerunt om-
nes, ille veluti Cæsar alter sui oblitus, in confertissimas
hostium cohortes, opem laturus suis cum magna hostium
strage se immisit, et cum quida vi ex prelio reuocare imme-
rum conarentur, ferox monitoribus respondit, non esse
sui sanguinis vincere velle et fugere. O generosa mentem
tem et magno rege digna! Non ego te eo prelio periisse
dico Vladislae, neq; immaturam mortem hoc loco defle-
bo tuam, vinis cum rerum gestarum tuarum gloria, et quamdiu
hic sol terras aspiciet vines. Ita quod tibi aut pueriles
ætas negauit, aut immatura mors ademit, id tu suppli-
isti virtute tibi, quæ ad hanc diem non Hungari so-
lum pro quibus sanguinem fudisti, neq; Poloni quorum cum
patribus illo in prelio occubuisti, sed illi ipsi Turcæ
gentes q; omnes barbaræ a te demicta veneruntur
fatalemq; tuum sanguinem ad defendum ottomanicum no-
men sibi arbitrantur/ Sed ne longius prouexit Equites re-
cordatio huius regis, cum grato quodam desiderio connincta
, et quòd hoc intuens corpus de illis quoq; recordor, qui ex
eodem sanguine erant creati, unde et hoc erat sumptum
Nunc ego reliquam patrum Sigismundi, tanti ac tam
inicti spiritus regem, et ad parentes ipsius iam vobis

breuiter ostendendos descendat vos quaeso quod adhuc
feci[illegible]tis me diligenter audiatis

Vladislao Varnensi prelio extincto Casimirus frater
huius autem Sigismundi pater. regnu suscepit fraternu
atqz paternu, quinqz et quadraginta annos ni Polonia
regnauit. Quo in spatio res ille tantas gessit. vt si de sin-
gulis mihi dicendu sit, abutetur tempore et auribus ve-
stris equites. ipse etiam me ignorare uideretur. si ad res
magnas huius excellentis regis orationem nequaquam pa-
rem adhiberem, presertim cu ad ipsu Sigismundu tota
properet oratio. Hic tamen Casimirus quantus Rex
fuerit inde sciri potest, qd contra potentissimos Reges. atqz
summos Imperatores, non solu sue etatis. qua ille regnauit,
sed omnis ante illu memoria. Polonie regnu in ore debili vir-
tute defendit. Nacu Mathia rege Hungarie fortissimo
atqz bellicosissimo. bellu in Silesia acerrimu gessit, et Step-
nu Valachie palatinu bellatorem inclytu parere Polonoru im-
perio coegit, et Machometem Turcaru tiranu ex Valachia
expulit, pacemqz petere coegit, Prussia maxima bello perdo-
muit, Moscouia domuit: Scithia sepe repressit, pacem omnia
ac tranquillitatem armis atqz legibus in suo regno diligen-
ter custodiuit. quibus illi rebus cu esset apud omnes cla-
rissimus. facile obtinuit, vt externis etiam auxiliis Re-
gnu Polonie munire[illegible]t. qd scirent regna. nisi finitimoru
opibus ac benuolentia iunxerintur firma non esse. itaqz
quod armis atqz bello assequi non potuit. vt pax illi cu
Germanis de Prussia esset. id uxore ex Germanis ducta
est assequutus. Nam de domo Austrie clarissima. atqz totius
Germanie potentissima eaqz imperiali, uxorem duxit Eli-
sabetha, huius ~~autem~~ istius Sigismundi matrem. filia autem
Alberti Ducis. qui idem Romanis atqz Hungaris atqz Bohemis rex fuit

cuius nuptiæ cæssent plenæ dignitatis, plenæ concordiæ,
ac regiæ cuiusdam ut ita, ita tamen facunditate atq; prole
beatæ fuerunt, vt vix e veteri regum memoria vllius nuptiæ
cum his Casimiri conferri queant. Nati enim sunt inde filii sex
omnes patri superstites, quorum serie quadam mirabili atq;
diuina Vladislaus natu maior minor in Hungaria regnauit
uno patre, Ioannes Albertus autem in Polonia patri successit,
illi Alexander: huic vero Sigismundus hic rex. restabant duo
quibus credo meliora regna hisce terrenis debebantur. Casi-
mirus et Fridericus, quorum alter in diuos relatus est, alter vero
urbis Romæ Cardinalis fuit. filias quoq; septem numero ex hoc
eodem matrimonio susceptas omnes Germanis principib⁹
in matrimonium dedit, atq; ita genere ac sanguine suo cuncta
Germania Casimirus complexus, vt pauci sint ex omnibus
Germanis principibus, qui consanguinei non sint Polonis.
Felix Casimirus hæc ista Deo grata, ac tam illustri apud
omnes gentes sobole, ex quo tot ac tanti orbis terræ conserua-
tores prodierunt. Qui felicior ne in suscipiendis liberis, an
diligentior in educandis fuerit non facile dixerim. Nam vt filias
prætermittam quæ summa pudicitia et digna illo loco ac
genere cura, ac matre sanctissima atq; diligentissima fe-
mina educabantur, filii certe ea disciplina fuerunt instituti,
vt non regis filii sed primati cuiusdam viderentur esse, nul-
lus in iis educandis regius sumptus: luxus nullus, sed su-
ma moderatio in victu, amictu, atq; cultu adhibita fuit.
norat siquidem ille sapientiss. mus rex atq; idem pater op-
timus, fundamentum esse omnis reliquæ vitæ cum primata tu
publicæ, institutionem ipsam educationemq; puerilem, hinc
enim petuntur prima rudimenta illa, ad laudem et ad
gloriam disposita, nempe quid honestum, quid turpe, quid iustum
quid iniustum, quid expetendum, quid fugiendum sit, quid Deo,
quid parentibus, quid amicis, quid ciuibus, quid legibus, quid

ipsa demiqz reipub: debeas. quae nisi tu nicunte aetate ni an:
gusta ac seuera vita cognoueris, inutilis homo, perniciosus
rex tuis fueris necesse est/ quid enim per Deas immortales
ab eo expectes. qui sine vllis honestis praeceptis. ex puellarum
coetu emersus, a cantu, a tibia, a luxu, a mascara, a vino,
a somno. a stupro, ad summum imperium accesserit? taetabit
se mihi credo illius intemperantia in illa copia insolentiis,
neqz quo modo prosit. sed quomodo obsit rebus communib? cogitabit.
Nam cum voluptas ipsa per se virtuti sit inimica. tum vero si ad illam
potestas aliqua maior. aut imperium accedat, ni furorem agitur, de
statuqz omni mentem exturbat humana. ex hac tali ratione
illae humani generis pestes prodiere, partim crudeles, partim
vere effeminati tiranni/ Sine enim Busiris atqz Phalaris illi
veteres, Sine Neroues isti recentiores. ac crudeles tiranni.
Sine etiam effeminati Sardanapali sunt orti, quorum vitam si inspi:
cias, facile reperies inuentem aetatem illorum. non parsimo:
nia neqz disciplinae radicibus. sed ipsis voluptatis atqz
licentiae illecebris mixam fuisse/ illorum exemplis admonitus Ca:
simirus rex, nihil prius habebat. quam vt illam primam filiorum
suorum aetatem. certis legibus. pudoris. verecundiae. modestiae.
atqz ipsius religionis astringeret, certo sibi persuadens tales
filios suos ni regnando futuros, qualis illorum educatio praece:
rit. et merito quidem/ Institutio enim puerilis. regum ipsorum.
, primum procul dubio, medium, atqz postremum illis in regnando est.
Hinc enim omnis ornatus vitae regibus est petendus, Sine con:
tra fortunae tela praesidium sumendum. Sine consilium. Sine auto:
ritas. ac gravitas petenda, denique id quod caput est. quid sit Re:
gem esse/ quid deceat illum, quod officium regis/ qui vultus, incessus,
victus, habitus, haec sola institutio recta regi demonstrat.
Non capit haec mihi credite, angusta. ac nulla bona institutione
erecta mens, sed vacillat. ac titubat. ni omni regio officio ac
munere. Qui enim rex haec puer non didicit. is vitam miseram

deserta, contempta infamem ac obtrectationibus exposita
agat necesse est / His ergo malis, atqz horum modis his omnibus,
ab initio Casimirus statuit occurrere, praeponere se futurum ratus
si regnum ipsum filiis post se relinqueret, filios autem ipsos quibus
illud servaret negligeret, quare ne videretur ut dicitur plus
curare pedem quàm caleum summa opere requisiit, omina instituendos
dos filios suos traderet. Erat illis temporibus vir doctus et bonus
Joannes longus, Dlugosz a Polonis vocitatus, cuius vita probata
ac inculpati mores, cum illius commendarent doctrina, facile
Casimiro fuit persuasum, qui hunc filiis suis doctorem accerseret
ut ex eius viri praeceptis atqz institutis, veluti ex fonte quodam
atqz totius honestatis radice, flueret illa regia disciplina, quam
docti homines, summam esse rerum omnium voluerunt, quae mentem,
linguam ac orationem futurorum Regum ad reipub. gubernationem
cum summa laude dirigeret. Sic Casimirus non aliquem ex
terrum, non alienigenam, ac ignota virtutis hominem filiis suis
praeceptorem delegerat, sed Sarmatam ac Polonum, eundemqz
spectatae doctrinae, ac integerrimae vitae virum. Ita ille non
ni externa institutione, neqz ni peregrina adolescere mentes
liberorum suorum voluit, sed in Polona atqz domestica, neqz in
ignia. Ut enim semina si in peregrina mandentur terra, amit-
tunt vim suam, saepeqz in diversum genus abeunt, sic puerorum
ingenia institutione degenerant a patria virtute, ut ex duro
scitha mollis arabs fiat, ex Latino Graecus, ex Polono Italus.
quare Casimirus, cum se sciret genuisse Reges, non Italis, non
Graecis, neqz Indis, sed solis Polonis, cavit diligenter, ne quis
privaret illam indolem nisi Polonus fingeret. Adhibuit itaqz Jo-
annem Longum, ut Polona institutione Polonus ipse bonos reges Polo-
nis eo diligentius efficeret, quanto in illorum institutione non solum
regni salutem, sed suam etiam inclusam esse videret. Hoc ergo mu-
nere Longus non difficili minus quam operoso susceptio,
statim ab initio amovit e conspectu illius teneram aetatis

pestem ac perniciem iuuentutis libidines omnes, et illarum
autores. Non erant auditi in Longi ludo versus impudi-
ci, non cantus, neq; sinphonia turpis, qua aculeis ni-
quitiæ incenduntur ad vitia iuuenum mentes, nunquam ibi
sunt visi turpiloqui, nunquam ebriosi, nunquam mimi,
nunquam amore, ac vino, et mendatio corrupti histriones,
denique nunquam illa diis irata masqura in ludo illo fuit, nihilq;
earum rerum omnium quarum imitatione atq; consuetudine in
vitia labitur iuuenilis ætas, talisq; fit quales sunt hi quorum
conuictu lætatur. Cuelando enim vt dicitur claudus eris.
quare aures illorum Regum ab auditu, oculos a conspectu
talium flagitiorum diligenter fidelis Magister continebat, libri
apud illum pro masqaris tractabantur, viri boni ac moderati
pro histrionibus cum regibus illis versabantur, parsimonia
vitæ, morum reprehensio malorum, irrisio, virga medius fidius
ipsa, atq; plaga, administræ illius institutionis erat atq; comites.
Memini me dicere de nostris sæpe, Casimirum dicere solitum,
nullum se acerbius audire suauius quam sibilantem ac virgam
cæsum ab illo magistro filium. O regem Sparta digna qui in
illis lachrimis, ac in illius vitæ angustiis fundamenta bonæ
ac sapientis regnandi filiis suis reposita esse arbitrabatur.
Itaq; cum magnarum rerum cupiditate, monitore Ioanne Longo
incenderetur assidue præclara illa ad virtutem indoles,
videtis quos fructus maturitate sua postea tulerit. quid
enim aliud causæ putatis esse, quòd omnes vicinæ gentes
atq; nationes ad Casimiri domum, quasi ad philosophi
scholam concurrerent, vnde non solum reges regnandi, sed
etiam Magistros bene viuendi peterent, nulla fuit alia
æquitas, nisi ipsius institutionis optimæ. Hac enim impulsi
sunt Hungari vt ab illo Vladislaum regem sibi peterent,
hac eadem Bohemi adducti, Ioannem Albertum expe-
tierunt, ita Alexandrum Lithuani, ita Sigismundum Sile-

sii

O faliceꝫ tali prole Caſimire. o tec quateꝫq beata Polonia
qua tante indolis primu. deinde virtutis parens. atqꝫ altrix
extitit. qua quanta fuerit. teſtes ſunt omnes gentes atqꝫ
barbarie ora vltima. qua ab hac iſta ferinitate. aut ferocia
aut demicia aut ea Polonie regno ſunt communita. Hec
mirea/nacta enim fuit hec virtus naturam imperio aptam
ad quam ea acceſſiſſet vſus confirmatioqꝫ doctrine. ad tan-
tam laudem dignitatemqꝫ peruenit. Et ea omnes iſti
optimi atqꝫ laude dignißimi fratres florerent ingenii
gloria. ſic tamen inter hos Sigiſmundus excellit. vt
tantu ipſe vinceret omniu teſtimonio fratres. quantu
illi vincebant reliquos omnes. Ita qua veſtra opinio
quanta etiam ſpes omniu de hoc iſto viuere fuerit. teſtes
ſunt Comitia illa. Caſimiro mortuo Pioteſkonie habita
vbi ea de rege eligendo deliberaretis. hunc natu minimu fra-
tribus maioribus Joanni Alberto ac ipſi Alexandro
anteferre ad imperiu voluiſtis, et niſi partum Eliſabeth
mater. partum vero Sigiſmundi ipſius contumelia fratri
maiori concedentis obſtitiſſet ante tuliſſetis. Vos hoc loco
appello huius regni robur. atqꝫ firmamentu Tenginſſi Thenginſſi,
qua iudicia de hoc iſto rege tum feciſtis? quanta con-
tentione animoru atqꝫ armoru veſtroru hunc regem
ſufficere patri voluiſtis? quid tanto motu rerum ſpectaſtis
aliud? Quae ea ipſa ſumma eſſet in Sigiſmundi fratri-
bus. ni hoc tamen ita excelleret. vt quantu etate ſu-
peraretur a fratribus. tantu ille ſplendore virtutis
ac nominis ſui fratres ipſos ſuperaret. Quòd autem
ille ſe tum non extulerit. et quòd a preſenti ad regno
ac oblato abſtinuerit, nonne hanc abſtinentiam illius lau-
dem omnis regno anteponendam putabimus? niſi ea
niſediſſet in huius viri mente conſtans. ac equabilis
ratio quaeda vite. nunqua ille mihi excedite abſtiniſſet
niſi ſpeciem quandam atqꝫ opinionem excellentis
virtutis

ab eo pilli tum summa voluntate ac incredibili vestra con-
spiratione datu oblatuqz fuit. Nam non volitare cupidi-
tate gloriæ non inflammari ambitione ad rapienda regna,
præsertim cu rex esse possis, hoc omniu difficillimu opus est
& quites: hoc solius sapientis ac huius hominis est propriu,
qui tamen hoc ipsu quod fratribus ante se concesserat
quam cumulate postea a vobis sit adeptus res ipsa docuit.
Mortuo enim Joanne Alberto deinde Alexandro fratribus
uniuersi huno ex Silesia ad regnu paternu vocastis, ni summo
ipsius
regni discrimine summoqz periculo, ita ni eo solo restare spem
regni atqz salutis vestræ putastis. quo quidem regno suscepto ita
illud unu et quadraginta annos administrauit, ut omnibus
opibus florentissimu vobis post se reliquerit. In quo quidem
regno qualem se regem ille gesserit, quibusue artibus illud ad-
ministraret, res ipsa iam poscere videtur ut dicu fuit enim
hoc secundu e tribus, quæ de hoc ipso rege dicenda ab initio
proposuimus. utinam & quites, ea ni nobis esset orationis
facultas, qua ut par est dicendo explicare possemus, qui
nam huius regis in regnando mores, quæ artes, qui mo-
dus fuerit. Nunc vero cu virtuti Sigismundi regis non
tantu mea quæ nulla est, sed nullius omnino possit par
oratio inuenire, date mihi hanc veniam, ut non tam oratione
a me ipsa, quàm rerum ipsarum quas is gessit commemora-
tionem expectetis: quarum recordatione ac memoria et hoc
nostru illius funus celebremus: et aliis præscribamus qua-
les reges in ~~hoc~~ regnando esse conueniat. Ego enim sic existi-
mo in summo rege, quatuor hæc res inesse oportere, sa-
pientia, iustitia, fortitudinem atqz clementia. Quis igitur
hoc homine sapientior rex unqua fuit? qui mox suscepto regno
non unam aliquam partem regni, sed omnes illius partes animo
complexus est, quæ cu laborare viderentur, præsentem me-
dicina omnibus, summo cu præsidio attulit. Nam cu Polonia

Regnū maximis bellis, quæ pater ac fratres ante illū gesserat
exemanitū ac omni consilio et auxilio destitutū accepisset
nicunda sibi ante omnia rationem putauit, quo et au-
xiliis munire, et consiliis firmare et opibus reficere regnū
posset. Multa illi ad ea expedienda, quæ animo concepe-
rat obstabant, inopia primū ærarii assiduis bellis exhausti
Deinde defectū ab amicis regnū, nullo enim tempore Polonia
regnū maiori motu rerū fuit, quam eo quo a Sigismundo
est susceptū. Hinc enim influebat tota in Russiā Scithia
Sinc bello affectata imminebat Valachia. Hinc Asia Turca
duce minabatur nobis tota, cū Germanis etiā non satis
certa nobis propter Prussiā pax fuit. Hic Sigismundus
solus in medio relictus, ac magnis undiq; periculis cir-
cumuentus, ostendit patriæ illud spectatū lumen animi
ingenii consiliiq; sui. Omnes enim finitimos partim socie-
tate ~~Dei~~ sibi adiunxit: partim fœdere reconciliauit, par-
tim vero bello domuit. Nam Valachiā insperata victoria
de Ioanne Alberto elatam fregit ac domuit. Scithiā quoq;
multis prælijs secundis domitā, ad extremū tandem
munificentia, liberalitateq; sua in fide habuit: perfecitq;
vt Scithæ genus hominū ferū, ac indomitū, liberalitatem ipsius
potius quā arma experirentur, quem illi honorem ante Si-
gismundū, nulli regū, ne illi quidem Alexandro domitori
Asiæ habuerunt. Cū Turcarū etiā tiranno eū ab omnibus
derelictus solus periculosissimū bellū gereret, fœdus ad extre-
mū fecit, magis ex suorū tempore quād vtile rebus com-
munibus arbitraretur, de quo quidem fœdere dicā alio
loco æquius, et ita dicā vt hoc ipsū fœdus, quod non-
nulli reprehendunt, magna necessitate factū fuisse
ostendā. Nunc dico in his fœderibus atq; bellis Sigis-
mundū aliud spectasse nihil, quām pacem, et otiū

ſuorw videlicet vt Polonia tot iactata caſibus tot afflicta
cladibus tot demiqz oppreſſa malis requieſceret aliquando
et ſe ex diuturno labore pace ac quiete reficeret, qua
eo miſeriarw via venerat vt neqz priuatis neqz publicis opi-
bus poſſet contra vim hoſtiw ſubſiſtere ita ew Jagello Germa-
nico bello et Vladiſlaus Turcico et Caſimirus Prutenico atqz
Hungarico et Joannes Albertus Valachico Poloniam attenuerant
vt ni media victoria victa eſſe prope modw ipſa Polonia vide-
retur quare ow ſpes reſtituendi regni nuſquam niſi ni pace Si-
gismundo reſtaret propterea hanc ipſam pacem omnibus bellis
foederibus ſocietatibus atqz affinitatibus queſiit. Nam ſororem
quam habebat ni Germania nuptw dedit qua affinitate ille Germa-
nia ew Polonia non ſolw coniunxit ſed etia Germanorw opibus
illa contra omnem vim munuit. Nobiliſſimis ew ac potentiſſi-
mis ex ea gente illas collocauit qua ſane re perfecit vt illi primo
omniw Poloniæ Regw pax ow Germanis firma eſſet. Nam
p eis ow Prutenis bellw geſſit. primatw illud bellw Prutenorw
fuit nulla publica ipſius Germaniæ auctoritate ſuſceptw.
Et ne quid forte quod ad pacem ſpectaret pretermittere
videretur ow iam Scithas liberalitate Valachos deditio-
ne Moſcos victoria Germanos affinitate ſibi ac ſuis obli-
gatos habebat reſtabant Hungari quos etſi illius temporibꝰ
Vladiſlaus frater ew Polonis coniungebat tamen Sigiſmun-
dus longius proſpiciens animo Hungaros ni perpetuw Po-
lonis volebat deuinctos eſſe Itaqz ow Sceptuſia domus
princeps ni Hungaria eſſet Stephanusqz Tranſiluaniæ
Palatinus rexw poſt Regem primus ni Hungaria poti-
retur eius filia Barbara ni matrimoniw duxit conſen-
ciente Senatu ac approbantibus bonis omnibus. Lata hoc
matrimonio Polonia fuit non tamqz ſocietatem illi noua
attulerat quàm quod talem Reginam ex Hungaria acceperat
qua ob ſanctiſſimos mores caſtiſſimam vitam ac ob admira-

bilem pudoris atq3 verecundie fame. Hester fuit vulgo
assellata. sed hec voluptas huius lætitie non diuturna Lo-
lonis fuit. nam Barbara anno quarto. postqua in Lolonia
venexat. vita est functa magno cu mœrore ipsius regis
dolore autem omniu vestru incredibili qua tamen ipsa mo-
riens reliquit vobis pignus mitre societatis cu Hunga-
ris filia cui ex ea Hedwigim Sigismundus suscepexat.
qua Joachimo Marchioni Brandeburgensi matrimoniu da-
ta pacem Lolonis cu Marchia fecit. Ita ille hisce artibus. in
omnes partes nitentus pace parta Lolonia assiduis bellis affli-
cta eximiam atq3 prouicta exuit. refecit ac plane denuo con-
stituit | quanta hec fuerit illius sapientia ex aliis quoq3 potes-
tis suspicari Equites. alii cu pace bella querunt. Sic vero nihil
belli nisi pacem quesiit. alii regna suscipiunt vt finitimos bello
vexent. Sic regnu absq3 finitimoru benuolentia infirmu
esse duxit. alii fœdera minuunt. vt ad extendam pacem spa-
tiu habeant: Sic omnia fœdera qua cu Turcis. cu Scythis. cu
Mosois. cu Valachis habuit pace terminauit. quis hunc regem
non ad extendos homines. sed ad seruandos. non ad bello
inter se committendos. sed ad pace coniungendos natu fuisset
neget? Cu enim pacem omni regno suo comparauerit non
tantu suis. sed etiam aliis gentibus. atq3 nationibus pacis
autor fuit. Et quod inter omnes constat. pacem mutuam
Christianis prouinciis stabiliorem nunqua fuisse qua Sigismu-
do rege fuerit. sic ille non tantu quid sibi soli vtile esset. spe-
ctabat. sed complectebatur ad sua et ad communem omniu
salutem omnes finitimos reges atq3 nationes. pacis enim
autor omnibus fuit. ad pacem inuitabat. Hortabatur ac
monebat omnes. valuisset vtinam illius diuina vox atq3 sen-
tentia. apud Ferdinandu ac Joannem reges. staret nunc
nobis credite Hungaria. neq3 Turcis per illa ad nos ac ad
omnes pateret via. Verum cu illi reges belli quàm pacis
essent

essent cupidiores, Sigismundumq; non audirent, ab Hungaria
ambo excidérunt, cuius motu atq; casu, ea quoq; quæ dudum
ante habebant cum magno communium rerum detrimento, par-
tim afflixerunt, partim amiserunt, et merito quidem, pa-
ce cui de medio sublata, quid utriq; salui esse potuit? pax
enim est parens atq; fons omnium rerum bonarum Equites, sine
hac nihil hominibus iucundum in vita, nihil stabile potest esse.
quam qui oderunt, feri et indomiti, ac crudeles tiranni
sunt habiti, contra vero qui huius patroni atq; autores
fuerunt, soli homines, soli sapientes ac generis humani con-
servatores sunt dicti, et iure quidem, pace enim vigent leges
excoluntur mores, tractantur artes: victus postremo ipse
ad vitam degendam necessarius, ipsius pacis est fructus, quo
etiam fit, vt difficilius sit pacifico regem esse quam bellicoso
quanto enim quisq; ratione magis deficitur, tanto est ferocior
et ad bellandum proclivior. At pacis autor atq; custos nemo
potest esse, nisi idem vir sapiens fuerit. Eadem enim partes
sunt pacis, quæ sunt ipsius sapientis, nam pacis hic finis est
vt ni ea conueniunt ex natura ac legibus vniatur, qui finis
idem profecto est et ipsius sapientis. Hoc cui solui ille curat
ne quid a natura ac legibus aberret, quare nihil tam ow
sapientia pugnat, vt videtis, quàm odium, discordia, ac bellum. Huic cui
existunt regnorum mutationes, hominumq; ipsorum, ac legum iteratus,
qua conservare ac constabilire est ipsius sapientis. Quod ni
Hungaria ne esset tanquam ex aliqua specula denunciabat Sigismun-
dus Ferdinando atq; Ioanni tempestatem futuram quam illi non
prospicerent animo, demonstrantemq; Sigismundum non audirent
repente illa tempestas inuolvit ac corripuit omnia, Hungariamq;
suis legibus, suis iudiciis, suis Regi, suis fide expostit deceptio-
nibus et incendiis, post Sigismundus interea cum conscientia
consiliorum suorum iteretur, nunquam facere, agere ac moliri
omnia destitit, quo si minus pacem inter illos Reges conciliaret,

regnu tamen suu ab illoru contentione abduceret. qua ui re tan-
ta. sapientia tantaq moderatione fuit, ut ui summa illoru contenti-
one, utriq charus esset, utriq solutis. atq amicus, cu quibus ut
pacem et amicitia firmaret. alteri hoc est Joanni filia sua Elisa-
betha e secunda uxore hac ista grauissima atq lectissima Bona
Sforcia, de qua dicu alio loco, ui matrimoniu dedit, Alteriis filia
uero Huic Augusto Regi nostro, filio autem suo charissimo atq unico
quem nobis ex eadem regina reliquit collocauerat, quae nuper ma-
gno omniu cu dolore ac maerore decessit, ita ille non arma tantu
opesq omnes suas, sed etiam sanguinem ipsu genusq suu uniuersu
ui pacis rationes conferebat. sanguineq suo qua plurimas gentes
atq nationes sibi regnoq suo obstrictas esse volebat, et cu bellico-
sissimis nationibus victoriosissimisq populis praecesset: tamen
hanc tanta copia, non bellorum opes ac nervos, sed pacis ui stru-
menta esse putabat. qua pax uiqua ui Regno constituta, quan-
ta bona effecerit, quas artes excitauerit, quas opes huic re-
gno tam priuatim qua publice pepererit. attendite Equites
mentesq uestras paulisper ab hoc maerore uestro. ad res
uestras abducite, quarcu status ante Sigismundu qui fuerit,
hae uestra, testatur copia. quod si conferre uolueritis cu opibus
illis uestris prioribus, inopia summa atq egestas ille uide-
buntur esse prae hisce, quae nunc sunt. An uos illas opes putabitis
esse Equite Polono dignas? quae tam modicae fuerunt ac
pene nullae, ut legibus etiam uestris cautu fuerit. ne trigiuta
marcas dos Equitis filiae superaret, non moderationis mi-
hi credite. sed postremae inopiae. Haec ista lex fuit. cuius cu
nos ita nec Dii ament subpuderet. legem hanc dotalem tuli-
mus. ut id quod inopia fiebat. lege fieri putaretur. cuiuscemu
bene se illis res haberet. qui locupletes uideri uolebant. si illoru
sanctus arcarius ipsas trigiuta marcas haberet. neq uero hae
inopia tantu in ordine Equestri fuit. sed ipsi etiam medius fidius
Senatores. ne plus centu marcis dotis nomine filiae nubenti da-

xcut, lege. hoc est egestate prohibebantur. Sed quid ego dotem
huius inopiae signum fuisse commemoro? cui capita occisorum equi-
tum tanquam pecudum non ipsius interfectoris capite ac san-
guine, sed precio ac centum marcis contra omnia diuina ac hu-
mana iura soluerentur? ut non multeta, non paena, non supplitio,
sed tam vili aere capita vestra aestimarentur caedesque expiarentur
& ex hac tanta ac tam infami aestimatione tamque impia apparet, egestas
illa regni quanta fuerit quae tanta fuisse videtur, ut animae quis
pro capite facilius daret, quam hanc pecuniam solueret, quam
vtique illis temporibus grauem fuisse constat, quae nunc authore
Sigismundo nulla est. Quid vero illa macula atque labes nominis, ac
generis vestri, parum ne iudicat, quàm inops a pecunia fuerit hoc re-
gnum? nam si quis fur pecuniae furto a quopiam vestrum abstulerit
capite plectitur atque suspendio. si quispiam autem eum, cum hac
pecunia fuerat occiderit, pecunia occisi caput soluit. O commu-
tandas leges et dignas quae in hac repub. versentur, quibus
nos tanquam pecudes, precio ac mercede, siccarüs et interfe-
ctoribus addicti sumus. Quam vos non legem, sed perniciem atque
pestem vestram primo quoque tempore de medio tollite & quites,
si salui esse et boni viri haberi vultis, de quo quidem ipso erit for-
tasse nobis apud vos alius dicendi locus. Nunc vos ita per-
spicitis, quanta haec inopia fuerit, cui omnes legis diuinae ac
humanae in Polonia cesserant. quid? in primatis ne tantum rebus
haec inopia fuit? imo vero multo etiam maior in publicis.
Recordamini cum per Deos immortales illas angustias aerarii,
amissa vectigalia, bona, villas, vrbes, atque prouintias Regias
pecunia obligatas primatis hominibus, tum demum statuchis quan-
tum Sigismundo regi debeatis, qui haec omnia redemit, recupe-
rauit, ac libera reipub. restituit. Quarum rerum inopia erat factum
vt homines historici litteris mandarent: Polono regi miserius
esse nihil. Et ita profecto res est. Si temporum illa respi-
cias quibus illi scripserunt. An vobis tum regnum hoc duces

fuisse videbatur. cum subsidia belli. ac ornamenta pacis mendicato pene Reges vestri quererent. cum pignoribus obligationibus ac mutuationibus. non solu bella administrarent sed etia domi viverent. cum ita exhiauitu erat erariu. diminuta vectigalia, omnes, villæ, possessiones. salinæ. prouintiæ pignori oppositæ. ac a regio usu aversæ. vt Rex ipse nervis prorsus careret quibus rempub. gereret? Quis vnqua non dico Rex. sed priuatus homo aliquid depositu ad usus necessarios non habuit? soli ex omnibus Reges vestri sunt inventi. sine vllo sanctiore erario. nihil fingo dignitos. memoria in medio est res ipsa, legite Priuilegia bonoru obligatoru. facile reperietis. eo inopia redactos fuisse illos superiores Reges. vt si non dico, bellu aliquod ab illis esset gerendu, aut filia elocanda sed equus ipse emendus, non prius haberent quam aliquid adderet ad Priuilegii summa. quare cum maximus sit nodus in Repub. sit inopia rei pecuniariæ, sæpe fiebat. vt pernicioſa consilia Reges nostri inirent auferendoru e templis vasoru. ac nouoru impetrandoru vobis tributoru. Res etiam ipsas ad summa recip. pertinentes. inchoatas atq affectas. cum magno ipsius Reipub. detrimento intermittebant. difficile cum est efficere aliquid magni cum egeas, ꝙ pecunia nervi sint omniu bene gerendaru rerum. Ex his tantis tam diuturnis tam postremis difficultatibus angustiisq quibus omnes res nostræ priuatæ atq publicæ premebantur, Sigismundus rex summa sapientia. atq incredibili celeritate hoc regnu expedivit. comparatis enim pecuniis. ac undiq collectis. armis Bonis opera viri præclari atq industrii, Salinas primu, deinde præfecturas. postremo villas vrbes. possessiones omnes redemit. æreq grandi persoluto vectigalia constituit, fructus prouintiaru auxit. erariu collapsu antea atq effusu egenti pecunia cumulatu atq refertu nobis reiq pub. reliquit. Quid ergo hoc die Principe. atq Duce vestro dignius

primata ex illa reipub. nocte a Sigismundo producta, quanta luce et quo splendore nunc fulgeant, quis poterit vt par est dicere? Agri medijs fidijs ipsi, silue item ac memora, vrbesq; ac colonie vestre, que ni pacis fuiu a Sigismundo collocate medio (vt sic dicam) occii gremio nunc continentur, gestire mihi videntur atq; huic autori, parenti, ac conseruatori suo gratias agere. que situ antea squallebant omnia, nunc vero hac noua luce opu, et copia ab hoc illustrata fulgent. monentur se se q; ad summa vtilitatem vestra, reipub. dignitatem efferunt. Eos enim fructus ia vobis subministrant. vt hos nullu bellu, quamuis atrox atq; diuturnu exhaurire posset. Mandate hoc memorie equi, tes. spero multa vos liberosq; vestros ac maiora indies bona visuros, ni his q; ita semper existimabitis sui Sigismundo regi. nihil horu vos fuisse visuros. Nam ante illu quid sperare potuimus ni illis presertim tantis angustijs? ow mentes animiq; vestri debilitarentur inopia, ipsaq; egestas nobis ad omnia quæ concupiscamus magna atq; preclara obstaret, que nunc sublata de medio, atq; remota res nostras secundas ornauit, aduersis presidiu attulit, bello subsidia, paci vero ornamenta suppeditauit. Auctoria sunt vestra dotes quarum modus non ni lege vt antea, sed ni voluntate vestra pendet. vilmit aurum, cuius vsus nimius ia fastidiu vobis parit. Argentu etia ipsu non primatorum hominu videtur esse, sed illorum regum superio, rum. nihil de aere ipso loquar, quod auro argentoq; vestro ob, scurius vix ia comparet. Ita Sigismundus quasi alter ex Hierosolimis Salomon, non copia auri atq; argenti, sed vtilitatem Polonis attulit. Et quod ni primis laudatur ni Salomone rege, quod ille diuturna pace aurum atq; argentu lapide vilius Hierosolimis reddiderat. hac certe laude illi Sigismundus non solu illi par sed etia superior fuit. Salomonem enim illa copia demutauerat ac a Deo suo patrio auerterat, hic vero ni vberrimis copijs religio, sissimus, ni summis vero opibus temperantissimus, ad extremu fuit. nihilq; ad vltimu spiritu, curauit magis, quà vt ipsius regnu

in pace vigeret ingeniis valeret doctrinis ac omnis humanitatis et religionis laude floreret. Quando equites hoc regnum? quando vbe-
rius ingeniis aut cultius doctrinis vnquam fuit? nunquam equites,
omnia se simul hoc rege in Polonia profuderunt, pax opes litteras re-
gnum fuit antea ac prope inauditum in Polonia Graecarum litterarum no-
men, quae ita erant hominibus nostris incognitae, vt id quod quis non
intelligeret graecum esse diceret. Iam vero Latina ipsa oratio, qua abso-
na fuerit atqz barbara, Biga et Baraletus sunt testes, boni quidem
illi viri sed tamen inepti magistri ac rustici. Conferte nunc cum his ea
quae et ipsi didicistis, et in quibus liberi exercentur vestri, non bar-
baria, sed Graecia, non Sarmatia, sed Italia dicetis facta esse
Polonia, vt iam non Musae graece neqz Latine, sed vrbes medius fi-
dius ipsa Roma atqz Athenae honore, praemio ac fauore Sigismundi
invitatae commigrasse in Polonia videantur, ita meus sonus, ac
subtilitas vtriusqz orationis non externa, sed vernacula, non pe-
regrina, sed domestica, in ore nostrorum hominum versari mihi videtur.
Circumspicite equites, quam vndiqz circumferantur versus opti-
mi, audite quibus laudibus soluta ac vincta oratione suaves-
simi huius regis a Polonis celebretur memoria. Nihil dico de me-
ae orationis quantulacunqz est, aut si quae omnino est. Huius regis
beneficio evenit. Volumus quidem et nos de hoc rege aliquid
dignum ex hoc loco vestris afferre auribus, sed tamen id assequi
tarditate, vt par fuit non potuimus, studio tamen certe et vo-
luntate proximi illis fuimus, qui litteras suas artesqz optimas
huic regi acceptas ferunt, et qui hunc quasi quendam mortalem
Deum, alto coelo demissum mirantur, ac haec ipsarum litterarum ope-
ra, quas illius beneficio didicerunt, cupiunt esse immortalem.
Vnus ergo o divine rex laudibus carminibusqz nostris, nosqz
e coelo benignus aspicies, tuoqz numine, ac munere haec bona
propria nobis velis esse, quae huic abiens reliquisti, et commonit
lacrimas, fletusqz interpellavit orationem meam. Sed tamen
quod instituerat dicere, par sic pacis artibus Salomoni Regi

fuit constantia vero recti propositi longe illo superior quod vt
æquabiliter in omni vita tueretur difficus ingenio quæsiit in suo re-
gno sotios tantarum rerum tuendarum optimos ac probatissimos habuit
cui ex delectis viris summa authoritate Senatum ita vt hoc constet
in Polonia simili splendore consilium nullius regis vnquam fuisse.
Tria autem precipue in deligendis Senatoribus spectare solebat Genus
premio ipsum q maior authoritas apud homines nescio quo modo spe-
ctata nobilitatis sit, quàm incognita, deinde sapientia præstantes,
postremo sententia et lingua liberos quod si quando in his legendis
remissior fuit in his magistratibus mandandis certe fuit quibus
summa non continetur regni et in quibus homines non gerunt reipub.
sed gerere discunt. In summis autem regni Magistratibus quàm diligens
fuerit, vt non repetam vetera, testes sunt hæc lumina regni reconse-
te viros hos et illorum familias vt non illos laudemus sed vt in illis
deligendis iudicium ac sapientiam Sigismundi incredibilem admire-
mur. Adest princeps regni Tarnouia domus quid ex hac eadem
domo maius? quid rebus gestis clarius? quid Dius hominibus obtigit
hoc isto Joanne Tharnouio, Castellano Cracouiæ hoc in regno vnquam fuit?
cuius tot extant victoriæ quot sunt huius regni inimici tot trophæa
quot domita prouincia, tot triumphi quot ab illo sub iugum missi hostes,
quo homine Sigismundus rex custode peritissimo, imperatore acerri-
mo ac felicissimo, periculosissimis temporibus, maximisq hostibus
hoc regnum defendit, Scithiaq Valachiam ac Moscouiam deiecit omnesq
hostes vestros hoc duce aut pacem vobis aut certe cedere coegit.
præteremitto Turciam ipsam quæ in Hungaria Ludouico regi infesta, ac
inimica, ne capta Alba Græca omnia euerteret simul, hoc eodem
Joanne Tarnouio Duce prohibuit atq repressit. Quid vero hic qui
hunc ordinem consequitur Petrus Cmita, lumen atq ornamentum hui9
regni non splendore vetustæ familiæ non sapientia? non authori-
tate? non iustitia? non rebus gestis a Sigismundo impetrauit?
vt ad hunc vnum summos magistratus hui9 regni deferret? Palatina-
tumq Cracouiæ, Marschalcum (vtamur enim verbis nostris) præfectu-

ras item magnas ac illustres illi mandaret? quid hic Joannes Latalicius Posnaniensis Palatinus? homo quidem equestri loco ortus tanta tamen virtute tantaq; sententiæ libertate preditus vt ipse suis subnixus opibus in Sigismundi Senatu ascenderet? Quid vos decus huius regni atq; presidium Teutzisci? quæ ornamenta? quæ insignia summæ atq; excellentissimæ virtutis vestræ a Sigismundo non estis adepti? vidistis enim Andream ex vestro ortu loco, parum quidem illum corpore, sed ingenio ac eloquentia summum Castellanum Cracouiensem, vidistis etiam Joannem fratrem Palatinum Sandomiriensem nuper defunctum. Sed quid ego mortuos commemoro? ow tuipse Joannes Sandomiriensis Palatine coram hic presens adsis, qui ow ob ampliss[imam] et haud scio an maximam in hoc regno familiæ tuæ dignitatem, tu vero ob prudentiam sapientissimo sene dignam a Sigismundo dignus es habitus hoc isto loco et ordine. Jam vero quo modo te Stanislae Lassei præterea, cuius genus et industria spiritusq; illi Senatorii domi ac foris cogniti apud Sigismundum tibi sunt suffragati, vt Sixadiensis Palatinus esses.

Verecundius de te dicerem Nicolae Brudzoui, si meo nunc iudicio vterer non alieno, quanto enim tua erga me benevolentia maior est, tanto ego minus possem de tuo genere virtute ac doctrina dicere. Nunc vero quoniam Senatu Sigismundi non primatos amicos commemoro, dico Sigismundum in te fuisse secutum vt Lancicienses illi Palatinus esses. ow genus ipsum virtutemq; egregiam, tu vero vel in primis litteras, studiaq; doctrinæ, quibus instructus atq; paratus vocatus Sigismundi in illius Senatu venerat, vt essetis ow hoc Petro sicleg[io] Russiæ Palatino quasi quarta in Sigismundi Senatu duo sidera splendentia omni philosophiæ laudi atq; doctrinæ. Vestra quidem Senatores succrescit laudi ~~atq; doctrinæ~~ hic Igamez Cosciclecius iunior Paladi Slauiæ Palatinus, clarissima atq; munificentissima ortus familia, cuius maiores tantum copia publica, de qua paulo ante dixi communicabantur, vt per grandem pecuniam, qua obligata bona Regia habebant, regibus remitterent, Marienburgoq; ac aliis

amplissimis possessionibus vltro Casimiro regi concederent cu nemine
~~cum~~ nullu ex illa infinita obligatione acciperent/ Tanta fides Cosciæ
leciæ gentis erga vestros reges fuit vt in summa sua copia inopes
se arbitrarentur esse vestro egeno regi/ Sed quid ago? aut quo progredior?
incidi in numerum vestri Senatores clarissimi, in quo difficile est
ex vobis non aliquem, nepotes quenquam praterire sed dabitis mihi
profecto hanc veniam: et quod in ipso cursu orationis tam multos pra-
terco quosdam autem attingo partim id temporis ac auribus
vestris seruiens facio: partim vero quod me vox lingua latera
prius in dicendo deficient quàm vt par est explicem quid in
vno quoq; vestrum deligendo Sigismundus fecerit secutus/ Quanta tamen sit
authoritas omnium vestrum cum summa benevolentia Equitum Po-
lonorum coniuncta cum ex his de quibus iam diximus sciri potest
tum vero vel maxime ex hoc isto Andrea Gorcano comite Po-
zmaniæ Castellano ac superioris Polonia præfecto, qui adolescens
ac pene puer ita commendatione excellentis virtutis Sigismundo
regi charus fuit vt dignus ab illo et summis honoribus haberetur,
et qui patri Luca clarissimo viro in amplissima præfectura
ordinisq; succederet/ cuius ea est authoritas apud omnes, ea di-
gnitas, is vitæ splendor vt nullius opes in hoc regno maiores
vnquam fuerint. In quo quidem homine illud quod Platoni illi Philo-
sophorum Deo difficile videbatur vt summa opes cum summa vir-
tute in eodem homine possent esse, ita vtrunq; cum summa laude ex-
stitit vt nihil in Polonia illo sit ditius, nihil etiam melius.
Nam bonarum rerum et litterarum ac ipsius doctrinæ ita studiosus
est vt aliud cupere videatur nihil opes etiam ipsius non libidinum
neq; cupiditatum sunt instrumenta sed humanitatis virtutis
atq; dignitatis insignia/ Hoc homine Equites quoniam ve-
hementer nitimini res vestras, salutem illi ac nobilitatem
quod facitis, velle et optare debetis. Ex his tot et tantis ac
talibus viris apparet qualis rex iste fuerit. Et haud scio an
illud signum boni sit regis quàm ipse Senatus apud eum regem

p̄ze sertim, qui non sua sed conseruandoꝝ hominū causa, se factum esse Regem nouit, quemadmodū cui est in ipsis artibus, in quibus quales ipsi artifices sint, instrumenta illarū declarant, sic etiā cui arcis artiū omniū scientia sit administrandi regni, nusquā ratio ipsius Regis magis apparet, quàm in ipso Senatu, qui instrumentū quoddā bene gerendæ ciuitatis suo regi est, qui si nequā, si iniustus, si bellua, si rapax, ac sceleratus fuerit, certo scito consimilem quoq; illi esse Regem, quid ita? quia mens ipsa infelix, non ia Regis, sed Tiranni, cui sp̄e atq; cupiditate omnia suorū ciuiū deuorarit nihil agit, nihil aliud dies atq; noctes molitur, quàm vt ne quis illi omnino ad ea obstet, quæ concupiuit. Quare tyrannus omnis veluti quædā immanis bellua in formā humanā ingesta, ante quā sternat ciues, vastet leges, ac solus deuoret omnia, senatū omnem tollit funditus, si quem habet, aut curat, ne quis in Senatu illius, sit genere atq; sententia linguā liberā, ita tirannus aut Senatu caret, aut si quem habet ex obscurissimis quibusq; atq; nequissimis, linguaq; ac mente seruis collectū Senatū habet, si tamen Senatus dicendus est, cætus ille infelix, ex teterrimis quibusq; hominibus idcirco conflatus, vt cui is tirannus scorteturq; potet leges mutet, reꝑpub. vexet, ac quorū assentatione, quasi æstro quodā plenus perturbationis atq; pœnitentiæ agatur in furoreꝫ atq; in amentiā: vt ita viuat sine fide, sine pace, sine certo fœdere ac in concursu ploratuū, atq; tempestate querelarū, versetur plenus turbarū atq; tumultus. Cogitate hoc loco, per Deos immortales Equites et vestros illos veteres tiranos, et hos etiā aliorū nouos vt hæc quæ dico magis ex aliorū contentione, quā ex oratione mea intelligere possitis, qualis Sigismundi Senatus fuerit, qualis iustus, sobrius, continens atq; sanctus, vt facile appareat hunc regem non suæ cupiditatis gratia, sed vestræ salutis causa Senatū ex his viris delectū habuisse, quem ille ordinem tanta cura coluit, vt ab initio suscepti regni, plenū Senatū semper habuerit optimorū pontificū, ac fortissimorū virorū, q̄ sine isto adiumento atq; præsidio

neqz ipſw ſe. neqz regnw ſuw putaret eſſe diuturnw. Quam etiam ob rem
tanta veneratione Senatus apud illw fuit, vt Pontifices dominos
ſuos. Senatores vero ſuos dilectos ni litteris appellaret. O mentem
non mortali aliquo regno ſed ipſa immortalitate dignaw cw cui penes
ſolw regni ſumma eſſet. tamen et regni ſocios ſenatores et Ponti-
fices dominos habere volebat. vt regnw cw ſociis certus adminiſtraret
et dominos ſua ſponte ſibi præponeret ni ſumma poteſtate, niſi ſoleſceret "non ll
et cw ſolus ni regno omnia poſſet. nihil tamen ſeorſum ab Senatu
preter regiw nomen haberet. quod tamen ipſw ſumma moderatione
ipſius Senatus temperabat. a cuius autoritate nunqua diſſenſit.
Nunqua ille, ſuadente Senatu pacem, bellw geſſit: nunqua contra
Senatu ad bellw hortante. ille pacem fecit. ita ni conſilio ipſius
partes nulle. diſſenſio nulla fuerunt. ſed mirificus illo gubernante
atqz prouidente ad communem ſalutem conſenſus, non Senatus
illi, reipub. clauw ni ſummis tempeſtatibus gubernanti e manibus
præripiebat, non ille viciſſim Senatus quaſi nautaxw remigationem
nipediebat. ſed cw ni Senatu alii venientem tempeſtatem denuntia-
rent. alii pericula reipub. tanqua nauis oſtenderent. alii velis atqz
remis incumberent. ille tanqua ſapiens nauclerus ad gubernacu-
la reipub. immotus ſedebat. ſingulaqz momenta temporw, locorw,
hominw ac periculorw expendens. ex quo ſpes ſalutis oſtendebatur,
conſilia ſuorw curſumqz regni dirigebat. Hæc ratio Senatus. hæc
illius optimi atqz ſapientiſſimi regis fuit ni hac repub. prouiden-
tia. vt mirw iam videri non debeat. ſi vna ex omnibus prouinciis atqz
terris ni tanto rerw omniw motu, Polonia, ſalua atqz integra
ſteterit. Non caſu aliquo nobis credite. id eſt factw neqz fato. ſatio-
ni cui hominw ſubiecti ſunt. non caſibus, conſiliis. non fatis
apud quos. ſi quid non recte aut ordine geratur. ſcito ibi non
fatw. neqz caſw. ſed rationem rectam defuiſſe. quæ cw a conſiliis
noſtris abeſt. res noſtræ cadunt. ſtare non poſſunt. quare ſi vos
regniqz veſtri ſapientia regis veſtri, fide vero et autoritate Se-
natus. ad hanc diem ſtetit. illos qui id conciderunt. resqz ſuas

amiserunt. stultitia non casu amentia non fato periisse dicemus
An tu si quam in nauim ita morata conscenderes. ni qua aut nauta
nauclero remoto aut nauclerus ipse reiecto clauo, exligz ac sidere
ventoruꝫz ratione posthabita velit ipse remigrare. salutem ne tibi
illa sperares? aut si quid naufragii accideret. fato cuidã potius
quàm illis qui permutatis officiis nauim euerterunt naufragio illud
tribueres? Ad eum modu Equites, omnes prouintiã quas aut ipse vi-
distis. aut de quibus ab aliis audiuistis perierunt: dum rex pro Sena-
tu ipse sibi esset. aut dum Senatus, officium regis obire vellet. prouide-
re cui ac monere officiu est boni Senatus. regis vero gubernare
ac seruare. Quæ ratio administrandi regni atqz moderatio, cum
semper constans. æquabilisqz in Senatu Sigismundi fuerit. nisi
non est. si soli prope modu ex omnibus gentibus ad hanc diem in-
tegri sumus. et si hac ista felicitatis parte Polonia ceteras omnes
prouintias antecellat. quarum nulla illi hac ista parte est par. Non
Italia quæ variis seditionibus regum cum plebe libertatem amisit? non
Gallia. quæ sæpius fusa atqz cæsa regem suum captiuum vidit. non Ger-
mania. quæ nunc studio nouarum rerum de libertate omni periclitatur
non Hungaria misera atqz afflicta, quã discors a rege Senatus, pu-
ex vero rex funditus euertit. Non iam omnes oræ atqz exteræ
gentes. ac nationes se hac parte nobiscum conferant. quas omnes
aut bellum euertit. aut seditio afflixit. sola Polonia dei summo bene-
ficio. atqz huius optimi regis sapientia. ac consilio consentientis
Senatus. cunctis nunc floret opibus. viuit suis legibus moribus
etiam. ac institutis antiquis veterum suam retinet dignitatem. Nec
propter aliam causam (vt iam dixi) nisi quòd ni ea et sapiens ipse
regnabat rex. et reges ipsi. Hoc est Senatores erant sapientes.
qui cum omnia diligenter prospicerent animo, rege ni ipsa reipub.
puppi sedente. ac clauum dirigente. nihil fortuna neqz casus in re-
bus nostris valuit. quæ si quid in rebus humanis valent ibi certe va-
lent. vbi non recto consilio, sed præcipiti temeritate aguntur. ac
feruntur omnia. Quare soli ex omnibus nunquam accusarunt hoc rege
fortunam

fortuna Colomi: nunqua de casu sunt questi/omnia cui secundu Deu et illius prouidentia in Sigismundi ac illius Senatus sapientia tu domi quàm foris/tam pace quàm bello erant nobis reposita/Subegimus hoc rege gentes antea inimicissimas nobis atqz nimicas/nonnullas no: bis adiunximus/easqz omnia incolumi regno salus legibus ac libertate integra hoc duce gessimus/domi etia illo autore atqz Principe communicatissime ni summa benevolentia publice vinimus subsidia belli ac ornamenta pacis parta ab illo relictaqz habemus vt quo: cunqz oculi nostri niciderint nihil desiderent ex rebus omnibus quæ ad vita tuto ac tranquille degenda pertinent Est cui pax a Sigismundo constituta nobis/sunt opes/vigent litteræ/est fortis atqz sapiens Senatus/restat etia hic Augustus filius spes unica regni atqz tanta laudis atqz gloriæ paterna hæres/qui vtca tua: tur: quæ illi pater ampliſſima reliquit/Hanc ista sapientia patris assidue nitetur, res ipsius gestas/consilia item atqz rationes omnes administrandi regni sibi proponet/vt quæ nulla rem esse decla: rant ni munere regio posita/quæ sapientia regis Sigismundi non comprehendatur. Verum hæc ista sapientia quæ summa fuisse in Sigismundo rege multis argumentis perspicitis etsi per se ipsa summa sit/Est cui oculus quida mentis quo a magnis atqz excellentibus viris causæ rerum expetendarum fugiendarumqz cernuntur: tamen hæc ista sapientia nisi habeat iustitia in ad: ministrando regno adiuncta infirma est rebus etiam humanis non multum sane proficua. Neqz cui satis est vt causa videas qua stent cadantqz regni res/nisi etia causis illis aut retentis aut remotis, æquabiliter iuste ac legitime in ipsa repub. versere/ vtqz in primis cures vt in tanta varietate rerumqz humanarum conuersione quæ minimi motus in repub. existant/quòd si quid acciderint vt sine detrimento communi accidant quod cui sine maximarum rerum usu uario atqz diuturno teneri non possit quis hac ista laude Sigismundo excellentior rex fuit? qui cum benefitio longissima ætatis unum cui et octuagesimum annum agens decessit

tum etiã prudentia ſingulari atq; diuina ad ea iuſtitiæ laudem peruenerat, vt in ſua reipub. nihil earum rerum eſſet omnino e quibus diſcordiæ ſeditiones ac bella ciuilia exiſtunt, quæ tum fiunt cum virtus exæquatur vitio, cum boni præmio, mali vero ſua careant pœna, denique cum non pro dignitate ac meritis cuiuſq; ſed pro regnantis libidine alii plus, alii minus vtuntur rebus communibus, & ex hac ciui inæqualitate ac intemperantia quadã oriuntur in reipub. morbi illi inſanabiles, quaſi in corpore ſano atq; integro. Hinc enim exiſtunt diſcordiæ ſeditiones, ac bella ciuilia, cum ipſarum legum atq; hominum interitu. Et merito quidem, Quid enim in ea reipub. ſalui aut diuturni futuræ ſpei eſt, vbi vitiis præcurrit virtuti, vbi algent boni, latantur improbi, vbi dignitas cedit peccuniæ, virtus generi, nigrum concordiæ atq; negligentiæ, poſtremo vbi indigniſſimo quiſq; amatur, colitur, ornatur, ac ad amplißima quæq; promouetur, ſumma cum deſperatione bonorum, quant neceſſe eſt in tali reipub. ac intereant omnia, quamuis illa magna ſint atq; præclara. Non aga pluribus & quitos neq; exemplis vtar Græcorum ac Latinorum et ipſorum etiã Barbarorum, qui reſpub. ſuas potentes ac florentes amiſerunt, dum in illis nullus habetur virtuti honos, nulla pœna vitio. Ex ipſo enim Sigiſmundo omnium iſtarum rerum exempla ſumi poſſunt qui cum ſapientia illa magna atq; incredibili inæqualitatem ipſa videret peſtem ac perniciem eſſe ciuitatis, ad eum finem dirigebat omnia, vt neminem eius reipub. cuius hic rex fuit pœniteret, qua cum æquabilitate illo rege vterentur omnes, non metuebat, ne qui vir bonus atq; fortis contemptus ab illo, ac neglectus, aut res nouas in regno moliretur, aut ſeditionem belli ue ciuile ſpectaret, quod ibi neceſſario fit (vt iam diximus) vbi non æqualiter neq; miſericorditer. Quare vt remouerete a ſuo regno omnia hæc mala atq; incommoda, reipub. ipſa omnibus ex æquo vtendam ac fruendã propoſuerat, ita tamen vt ratione, et bono ad illa admiſſi et malis inde pulſi eſſe viderentur. Neq; enim

Polonia improbitas atq; indignitas desperatione frangebatur
vnqua magis quàm Sigismundo regi contra vero virtus probitas
atq; dignitas huic loco honoris et gracia apud Sigismundum ha-
buit vt cum genus ipsum illustre ni claris viris adamasset, tamen ipsa
virtute sepe posterius clarum duxit genus: gradumq; ad honores
ampliss'mos ni sua virtutem reipub. volebat esse non genus.
Dabis mihi hoc loco hanc veniam Nicolae Volsci vt tuo potissimum
exemplo me vera dicere probem. Cum enim equestri ortus esses
patre, Sigismundoq; non generis neq; opum, sed virtutis commenda-
tione esses cognitus huic honorem tibi ille habuit vt te et Ginecco
clarissimo atq; prudentissimo huius regnia vxoris sue praficeret
et ad te Scudomiricum Castellanatum cum multis prouinciis deferret.
Hoc ille diuino facto suo docuit quàm iustus rex esset cum tantum tua
excellenti virtuti fidei atq; integritati tribueret, vt quo genere
ortus esses quaerendum sibi non putaret. Quid vero tu Martine
Sborowski? parum ne est tum expertus quàm iustus hic rex erga
te fuerit? cum tua spectatissima virtutis durior aliquando con-
ditio esset? cum enim virtute constantia ac magitudine animi
inuidiam calumniamq; superares, et salutem reipub. libertatemq;
communem tuo obtutu maximo animo defenderes, tantum apud
Sigismundum ad exterum dignitate valuisti vt tua nimia (vt qui-
dam putabant) in causa communi libertas tibi ad hunc honoris
et dignitatis gradum non obstaret, quem nunc in repub. tenes
quin vero etiam hec ista bona et animi et ingenii tui in Calissium
hoc isto Castellanatu tibi sunt apud Sigismundum suffragata.
Sed quid ego hos commemoro? cum exteri homines ipsi atq; alieni
orti tantum apud illum virtute valerent vt illis non modo regno tantum
ipso, sed etiam in Sigismundi Senatu locus esset. Adest enim Semerinus
Bonerq; de Vissemburgo quidem profectus: ita tamen ob virtutem inge-
nium industriamq; Sigismundo regi probatus vt nihil illi obstaret
ad honores huius regni exterum genus. cum enim fides, ac
industria ipsius in omnibus officiis ac muneribus regni

ampliſſimis fuiſſet cognita, illu Sigiſmundus et ſalmatorem
fecit, et præfecturas mandauit, ac in Senatu introduxit, in quo
ille Mtem reipub. veſtræ cum bis ſeruarat, qui in hoc regno cum vo-
bis ſunt orti. Et tamen apud Sigiſmundu caruit inuidia propte-
rea Boncrus quòd alienigena eſſet ac Germanus, non ciuis
neq; Polonus, cum illo cui Sigiſmundus ob virtutem ipſius præ-
ſtantem, ac ſingularem communicauit hoc regnu, in quo nunc ille
omnibus opibus, fortunæ, ingenii, ac dignitatis ſumma veſtra vo-
luntate floret. Ad hunc modu Sigiſmundus præmiis in reipub. pro-
poſitis, optimi cuiuſq; virtutem ad ipſa reipub. tuenda excitabat
qua ſane ratione tantu profecit, vt nullu tempus in hac repub, fera-
cius fuerit virtutu omniu. Pro ſe cui quiſq; tam pace, qua bello nite-
batur, vt ſub optimo rege, bonus ipſe ciuis eſſet: et ne quis ampliſſi-
mis præmiis virtuti propoſitis ipſe ſibi ad laudem deeſſet, quare
tanto ſtudio ad virtutem et ad gloria exarſerunt omnes, vt
ſummi, medii, ac infimi ad ſumma contenderent, teſtis cui hic
eſt Ioannes Tarnouius, qui etſi genere clariſſimo ſit ortus, tamen
ad res maximas pro ſalute huius regni gerendas, honoribus
ampliſſimis ab hoc rege initatus, tantu virtute profecit, vt non
ſolu noſtros Imperatores omnes, ſed etia illos veteres externos
Scipiones Marios, ac maximos bellica laude adæquaret. Quid vero
hic Nicolaus Sieniawſki Belſenſis Palatinus? qui præmiis a Si-
giſmundo excitatus, cum Alexandro ac Procopio fratribus, ſic rem
militarem in Ruſſia hoc rege adminiſtrabant, vt eorum opera Ruſſia
illa afflicta, ac annis exercitio hoſte pene deleta requieſcat nunc, ac
nouis colonis ſolitudines ſuas complcat atq; inſtauret: ita vt poſt
hominu memoria cultior Ruſſia nunqua fuerit, quàm eſt nunc Sie-
niauioru, et aliorum fortiu virorum opera, quorum virtute ad hanc
rem Ruſſia ſtetit, quæ cum aſſiduis hoſtibus eſſet expoſita fortiſſi-
morum virorum præſidio cum Sigiſmundus munienda ſibi putabat
cuiusq; prouincia Magiſtratus his potiſſimu mandabat quorum ani-
mo ac virtute confidebat, veluti nuper paulo ante qua eſſet mortuus
Podolia Palatinatu, ad Ioannem Mieleciu detulit virum fortem, ac

genere, ingenio opibusq; prestantem. Praeterea alios multos
fortes, ac claros viros, quorum virtutem Sigismundus ad res
maximas iustitia sua excitauit, beneficiis auxit, praemiis vero
confirmauit. Qui haec diuina summi illius viri, ac iustissimi laus
qui cum amplissimo, ac copiosissimo regno potiretur, illius omnes
copias atq; opes non sua priuata libidini, neq; compendii sui
putauit esse, sed eius reipub., cuius rex fuit, quare quicquid posi-
tum erat aut in honoribus reipub. aut in vectigalibus ipsius regis
earum rerum omnium dispensatorem ille se esse putabat non possessorem,
neq; dominum. quo etiam fiebat, vt haec communicaret omnia cum
viris fortibus ac de repub. bene meritis, ita vt cuiusq; dignitas ac
meritum postulabat, summas opes regum esse ratus copiam bonorum viro-
rum atq; fortium, quorum virtus ibi iaceret semper vbi nullus ei ha-
beatur honos, quare cum Sigismundus gratus esset erga optimi cuiusq;
virtutem commouit praemiis propositis studia hominum, non solum
summorum, sed etiam mediocrium atq; infimorum, pro se cum quisq; hoc
regi, in Polonia excellere studebat. Nemo erat qui aliquid non afferret
in medium quo regi suo operam, ac industria probaret. Artifices ipsi
medium fidius, ac omne genus mechanicum, commotis studiis, artes
suas diligentius hoc rege coluerunt, cum viderent operas quoq; suas
placere regi, itaq; tanta copia optimorum opificum atq; artificum hoc
regi fuit, vt Phidia illi veteres, atq; Polycleti, et Apelles reuixisse
in Polonia viderentur, qui pingendi, fingendi, ac dolandi arte illorum
veterum artificum gloriam adaquarent, quorum cum multa extent in
hoc regno operum pulchra, atq; visenda, tamen huius vnius arcis
opus vincit, ac superat omnia: quam ille praestantissimorum artificum
opera, a fundamentis extruxit, ac Cracoviam hoc isto praesidio mu-
nuit, tanto sumptu, ac opere, vt non hominum, sed Deorum numen
talium sedes arcem ista esse videatur. Quid vero Basilica huic templo
adiuncta? parum ne accessione sui huic aedi Venceslai decoris
dignitatemq; attulit? in qua et pictorum opera, et sculptorum ac
fabrorum singularia et magnifica visuntur, quam Basilicam ille

et religione summi Dei conseruauit, et omnibus ornamentis vt videtis illustrauit corporiq; suo tabernaculu hanc esse voluit: in qua illud quasi quodda regio itinere defessu non minus longo quu molesto postremu requiesceret ac supremu mundi diem expectaret/ Quanta hec Sigismundi iustitia fuerit quàm potens quàm magnifica quàm clara apud Deu quàm nota et probata apud homines? qui distribuendis aqualiter premiis ac muneribus regni in mutua pace ac benuolentia suos tenuit et ad virtutem bonos viros cupiditate rerum optimarum incendit ac in contrario genere hominu hoc ipso modo firmabat rationes bonorum/ nihil enim apud illu contemptius nihil neglectius nihil vilius improbis fuit vt ex hac ratione boni premia sua virtuti secuari a bono rege scirent, mali vero nihil preter contemptu ferrent atq; pauci ita ille honores omnes solis bonis ac fortibus viris debere se putabat quibus cu improbis etiam communicatis, boni in officio dolore reddercentur remissiores, improbi vero nihilo illis ipsis honoribus fierent meliores, quare cu premiu et pauca aquabiliter dispartiret, seseq; ipse sanctissime gereret virtutes premiis, vitia contra panis affecit. cuius rei etsi multa extent exempla, tamen haud scio an aliud sit clarius illo et ad faciendu cu in re militari, tu in omni vita fidem accomodatius. Cu Radvankowiu centurionem ab Ordine Teutonico bello proditionem infamia publico iudicio notauit, militesq; nostros huius calamitate ac ignominia docuit, vt pugnare potius quà fugere: mori quàm fallere vellent. Hisce artibus Sigismundus cu suos cuios bene vincere ac iuste agere docuisset, facile illo aut quoq; iustitie partem, qua legibus traditur absolut/ cuius hec summa apud Sigismundu fuit, vt conuenienter in hac societate nostra viuere mus ad hunc ille finem omnes leges suas retulit, quibus pax inter nos cu summa benuolentia constaret, quas leges, si inspicias tanquà in aliquo speculo omnes sensus Sigismundi, ac rationes expressas videbis, nulla in his tirannica mentem, nulla vtilitatem ipsius propria reperies ipsius: vestre libertatis equitas, vestre

Radvankowski

dignitatis vestra M.tis sunt illę leges, quæ in Polonia sola regnat
ac ex æquo vobis, et Sigismundo regi vestro imperabant. Ueqz enim
solutus est rex legibus apud vos. Non quod illi utile, id iustum vobis
non quod lubet id illi licet. Romanæ seruitutis sunt ista carmina
quæ laudat nemo, nisi seruus sit aut Italus, qui quidem ut certius
seruiret, scholas etiam sibi (si diis placet) condidit doctoresqz le-
gum fecit, a quibus nihil nisi seruire discerent. Qui doctores niqua legum
harum istarum seruilium transcensis Alpibus venerunt, etiam cum talibus
præceptis ad vos, quos hic passim iam vagari videtis, cum hoc isto
Diis iratis supercilio, ac pessimo libertatis vestræ exemplo, quos vos
id quod facitis contemnere debetis. Quitos, et tanquam contagionem
quandam hanc istam Uezonianam scholam fugere regnoqz vestro pellere, ne
istæ immundæ pecudes, inficiant puros iustitiæ vestræ fontes, e
quibus Sigismundus hauriebat leges vestras, quibus communiter
vobiscum viueret, quarum legum ille lingua non rex, interpres non autor,
patronus non dominus fuit, quas etiam fecerat autore Senatu
volentibus, ac iubentibus vobis, in qua sane ratione cum summa mo-
deratione atqz æquitate animi fuisset, omnes illos veteres Solonas
Licurgos, atqz Cretas legum latores vicisse mihi videtur. Nam illi se-
orsum a populo leges fecerant, hic vero nulla absqz Senatus autori-
tate, ac scito vestro communi legem tulit, illorum leges libidini popu-
lari sæpe seruiebant. Sigismundi vero nulli rei seruiunt nisi utilitati
communi ac vestræ libertati, illorum legum nimia licentia tirannidem
ni ciuitatibus parebat, nostra vero legum disciplina nulli rei magis
quàm tyrannidi est aduersa. quid ita? quia apud leges nostras rerum
et criminum, non personarum neqz dignitatum ratio est, non quærebatur
in Sigismundi iudicio, Archiepiscopus ne an Palatinus, Episcopus
an Castellanus, nobilis an ignobilis, peregrinus an ciuis reus esset,
sed remota dignitate omni rerum ipsarum, de re ipsa iudicium fiebat,
in quo nocentes pœna legitima afficiebantur, innocentes vero
ex lege absoluebantur. Jam quanta ipsius Sigismundi M.tas
in iudiciis publicis fuerit? quæ animi æquitas? qui modus?

recordamini Equites, et illa persona illius regis in iuditio presidentis
vobiscum cogitate, in qua excelsa facies reipub. vestre ecernebatur
; status excelsus ac celsus, lati ac patentes humeri, facies rotunda
rubentes gene, oculi grandes ac stabiles, minax supercilium, nasus
ipse gripus ac aquilinus, summo rege dignus, vt non Casimiri re-
gis sed Ionis filius videretur in iudicio presidere. sic omnia ad impe-
rium erant in illo rege nata. vultus, intuitus, vox, latera, silentium
postremo ipsum. In iudicio nunquam audiebatur, nisi cum oportebat ⸗
mutu plura verbis pauca conficiebat, tantaque moderatione lingua
ac continentia sermonis fuit, vt illius in summo imperio nemo
vnquam verbum vllum asperius audierit. Quare cum tanta iustitia ac
tanta moderatione in controuersiis diiudicandis fuisset equos
placatosque eos a se dimittebat: non solum eos secundum quos iudica-
bat, sed etiam eos quos contra statuebat, et cum gratia causa in iu-
dicio nihil faceret, grata tamen essent omnia que faciebat. ita
seueritati illius res maxime distans miscebatur comitas, sed
ita tamen vt neque comitas impediretur seueritate neque seueritas
comitate leuior fieret. Hac fama admirabili virtutum incredibilium
cum solus ille rex, solus iustus, solus sapiens, non domi tantum, sed
etiam foris videretur, tanta veneratione propter summam iustitiam
apud omnes gentes fuit, vt iustitie illius fama impulsi Bohemi
primum, deinde Hungari, Ludouico rege apud Mohacium a Turcis
interfecto, huic vltro duo maxima regna offerrent, quae ille tamen
ille non accepit cum reprehensione multorum, eorum presertim, qui
non perspiciunt ac multo etiam minus intelligunt, quantum ipsius
regni sit opus, quod cum alta sapientia Sigismundus cognitum per-
spectumque haberet, regna illa remisit Hungaris, ac Bohemis ipse
Sarmatia contentus fuit, sufficere sibi hanc materiam ratus
in qua omnem vim ingenii ac virtutis sue ostenderet. tanta fuit
opinio ipsius illius excellentis iustitie apud omnes, tanta etiam illius
moderatio. Quid vero illud cum Ioannes et Ferdinandus reges
summis inimicitiis inter se, arbitrum hunc de Hungarie regno

fmmms etiam nonnunquam quam oportebat

experunt, parum ex eo liquet, quanta existimatione hic rex apud
omnes fuerit? quam sanctissima esse illi regis putabant: ita ut ar-
bitrio illius non solum regna ipsa de quibus ambigebant, sed etiam digni-
tatem suam regiam committerent, id iustissimum fore rati, quod a Diis
mundo probatum, decretumq fuisset. Praeterea alia infinita domi, et
foris ipsius excellentis virtutis, atq iustitiae documenta quae illi
vivus constituit, ad memoriam regni sui sempiternam. Et quoniam pre-
cipua pars iustitiae est pietas ipsa parum haec quoq iustitiae parte
excelluit? cum religionem illa patria atq antiquam, caerimonias item
omnes sanctissimas, tanta veneratione coluerit, ut nihil illis melius
nihil religiosius esset, ne in monasteriis quidem ipsis, non in his
quae nunc sunt, sed in illis quae olim fuerunt, fidei cum in Deum erat su-
ma hominem peccatorem se confitebatur esse pal. unamquam spem re-
liquam, nisi in solo Christo habebat, benignus in omnes, pius, clemens,
ac munificus fuit. In Ecclesia vero ne quid novaretur, neve ipsius
religionis ulla in re fieret commutatio, tanto studio curavit ut in mi-
nimis etiam rebus quae vix cernerentur diligentissimus fuerit. Vos hoc
loco appello sanctissimi sacerdotes, qui magni nunc pro illo sacrificium
facitis, & quis vestrum diligentior omnibus religionibus atq
caerimoniis conservandis hoc rege fuit? quoties ille vos admonuit
si quid a vobis non rite factum? aut si quid de statuto sacrificio fuerat
a vobis praetermissum? Candelam ipsam cereum medius fidius, ut ma-
iora praetermittam, non suo loco stantem animadvertebat, aut si ea sacro
decesset vos admonebat, Neq vero id ille faciebat curiosus in
vestro munere, sed quòd minimis hisce rebus aut sublatis aut
intermissis religionem ipsam intermitti, ac sensim tolli putabat.
de qua ne ulla diminutio fieret, non solum praemiis, sed etiam paenis
in seditiosos editis provident. Gedanum cum civibus res novas atq
perniciosas, non in Rempub. tantum, sed etiam in religionem molientes
supplicio affecit, summa tamen moderatione ac aequitate, pau-
corum cum paena contentus fuit ad salutem reliquorum. Ita ille cum fun-
damentum omnis reipub. religionem ipsam sciret esse, et cum sibi mul-

torũ exemplis ac litteris suadere mutata religione mutari regna, summa religione ipse fuit, et vt ceteri quoq; essent curauit. Ad quã colendã ac retinendã vt expeditior ipse esset, multis exercitationibus se comparabat, summa cũ abstinentia iciunabat, dies festos celebrabat nunquã publice quicquã agebat, priusquã sacrificasset sacroq; uitæ fuisset, verbũ Dei diligenter ui contionibus audiebat ac iuxta illud uiuebat, sobrius in omni vita rex fuit, nunquã ebrius est visus, nunquã uino ac amore nisi solens aut intemperans. Ad hunc modũ ille cũ summa moderatione victus fuisset, paratus semper erat ad regiũ illud opus, atq; munus in quo exercendo caruit furore illo, qui ex intemperantia cibi ac uini dicitur, quo remoto summa fuit humanitate ac incredibili religione ad vltimũ vsq; spiritũ ita vt etiã anima ipsa ageret. Hunc igitur vitæ Monachũ de Dominici familia, sacrificantem diligenter audiret, ad singula verba passionis Christi Dei nostri suspirando, ingemiscendo, ac flebiliter precando, quo Deus ipse peccatorũ ipsius immemor, beneficio autem Christi in illũ, et in omnes, memor ac clemens propitius, illum ad illas beatorũ sedes reciperet, ad quas Iesus Christus dominus et Deus noster ante illũ præcesserat. O fidem veram et dignã cui isti ignes luceant, qui quidem signa sunt, atq; nota illius ignis intimi, quo fides ipsius ardebat in Deũ, charitas autem ipsa se se effundebat in proximũ. Hoc ergo isto diuino igne atq; recondito semel in baptismo suscepto, cui ille arderet in omni vita, nullaq; perfidia illũ violaret, recte hæc ista lumina, atq; ignes inextinctæq; faces præferuntur nunc illi mortuo, qui fidem Deo seruarit integrã, charitatem ante proximo ad vltimũ spiritũ, quem cui iam reddiderit Deo, ex hac turba et colluuione, tanquam ex hospitio non tanquã ex domo, in illud animorũ concilium catusq; profectus est, vbi nunc cũ fidelibus Abraã, Isaac, atq; Iacob accumbit, colloquitur cũ Dauid, vnit cũ Iosia iustissimo, atq; religiosissimo rege, suos, fratres ac parentes, reges vestros recognoscit. Hunc totã iam complectitur cælũ. Hunc obuiis vlnis excipiunt omnes beatorũ animæ

ac illius conspectu lætantur ab Aquilonisq; partibus aduenisse gaudent regem iustitia ac pietate insignem, secundæ felicitatis suæ atq; immortalitatis participem, quo nemo vir melior apud nos natus est: nemo pietate præstantior. Nunc ille ex alto vos intuens æquites a Deo optimo Max. precatur, vt vos felices ac salvos velit esse vestrumq; hoc regnum conservet, quod ille summa sapientia ac singulari iustitia vnus rexit, ac omnibus legibus præsidiisq; ornauit atq; iustruxit summaq; in illo tuendo conservandoq; animi magnitudine fortitudi: neq; fuit. De qua ego breuiter dicam, fuit enim hoc tertium, quod in summo rege inesse oportere diximus. Neq; enim satis est sapientem, ac iustum domi esse regem, nisi etiam is regnum salvum præstet, et ab omni vi externa defendat, qualem vtiq; Sigismundum fuisse constat, qui quo die rex a vobis est factus, motus domestici illum, deinde externi cum maximo nouarum rerum metu exceperunt. Recordamini enim æquites, qui motus ille in Lituania fuerit? cum Michael Glinski homo eius gentis potentissimus ac sediciosissimus mortuo Alexandro rege principatum Lithuaniæ peteret, ad quam illi rem cum et animus non deesset et copiæ, tamen is Sigismundi primum nomine deinde conspectu fractus, debilitatusq; arma posuit, pacemq; supplex petiit: ac postremo in illius fide fuit. Manserat autem vtinam in sententia nunquam tantis cladibus, tantoq; hominum interitu Lithuania cum Moschouia commisisset. Cum enim Michael Glinski molizi multa occulte in Lithuania nunquam desisset a Joanneq; Zabrzesinskio Marsalco Lituaniæ appetiti principatus rem fieret non cogitabat quo modo se regi purgaret, de quo arguebatur, sed quo modo accusatorem suum primo quoq; tempore e vita tolleret, itaq; oblitus obmutescentia regia quam primo statim Sigismundi in Lituaniam aduentu incredibilem erat expertus, iustitiæ etiam huius ejus regis immemor, in qua etiam nocenti perfugium esse poterat, nullaq; ratione habita, multa nocte Joannem Zabrzesinskium aggreditur et quiescentem iam ac nihil tale cogitantem trucidat, ac domi suæ hominem nobilissimum occidit. Magnum crimen, scelus ingens, vis

non fezenda omnis ille magnitudine perterritus vt scelus scelere cu-
mularet ad Basilium Moschu profugit illumq ad inferendu bellu pa-
triæ sollicitare cepit facileq sua sponte ad id iam parato Basilio
persuasit, vt cu Maximiliano Cæsare fœdus faceret ab coq futuri
belli subsidiu contra Sigismundu peteret nihil propuis est factu
quam vt Maximilianus, immemor tu nominis ac generis sui omni-
bus suis copiis ad inferendu bellu Sigismundo Basiliu iuvaret
quod tanto apparatu rerum omniu a Basilio erat gestu vt neq
maiori contentione neq maioribus copiis inter Lithuanos et
Moschos vnquam certatu fuisset. Hic Sigismundus etsi eodem
tempore aliis quoq bellis Scithicis valachicis atq Turcicis
districtus esset, tanta tamen animi magnitudine in bello Moschico
suscipiendo fuit, vt nullu aliud bellu gerere videretur non terru-
it illu Maximiliani Cæsaris infœratu cu Moscho fœdus, non copiæ
ab illo suppeditatæ gerendi belli, non ipsius Basilii exercitus ante
hanc diem inuictus, incredibili cu celeritate exercitu ex Litua-
nia collecto militibus etiam ex Polonia accersitis magno animo
aduersus hostem ꝯtendit ac Borysthene anne superato cu hoste
acerrime conflixit quem memorabili pugna demicit non in presens
tantu sed etiam in posteru, nam eo prelio videntur omnes vires
concidisse Moschoru quæ ante hac graues Lithuanis ac inuictæ vi-
debantur esse et quæ ante illa cladem tantæ fuerunt vt Moschi
præ se cæteros mortales omnes contemnerent quibus demictis tan-
ta gratulatio omniu est subsecuta vt etiam Romæ a Leone Decimo
supplicatio Sigismundi nomine decernerentur singulari genere verbo-
ru et numero dieru cu eiu in Leonis Senatu Nicolaus hic Volski Le-
gatus hic Sendomiriensis Castellanus exposuisset et grauis hostiu et vi-
ctoriæ modu, res digna patribus illis est visa publica ipsius urbis
Romæ gratulatione ac supplicatione singulari, supplicatu itaq fuit
totaq urbe dies festi atq ludi cuius victoriæ nomine fuerant
instituti dolente ac mœrente Maximiliano Cæsare qui captivos
etiam ipsos per hunc istu Nicolaw Volski Leoni missos intercepit,

ni Moschovia

ni Moschoniaq contra uis gentiu remisit. his victoriis atq triu-
phis mitia regni sui Sigismundus consecrauit, docuitq se ew regem
esse, qui et domi regnu legibus tenere et foris armis tueri posset.
Neq vero hoc bello tantu illius animi vis extitit incredibilis, sed
multis etiam aliis bellis grauibus atq difficilibus. Nam cu vix
a Moschico bello respirasset. Scithiam magnis copiis, russia pronin-
tiam ferro atq igne vastantem incredibili virtute ad Vistriciu Vistrierer.
superauit illaq pugna primus regu omniu Scithas docuit pacem
bello meliorem esse/Quid autem valachia ipsa Turcicis exercitibus
contra Sigismundu munita atq instructa, cu huic regno pericu-
losissime immineret, nonne ad Obertinu postremo ab hoc rege devicta
panas temeritatis sue dedit, vestroq imperio hocisto Ioannu Tax-
nonio duce parere est coacta. Iam vero Moschonia ewiteru fractas
illas vires suas ac desperatas repeteret. bellu q maximu para-
ret, Ut non ab hoc Sigismundo iteru devicta bello maximo fun-
ditus corruit? ad quod bellu gerendu Sigismundus hunc istu
Taxnoniu imperatorem ad conservandu hoc regnu natu mise-
rat, qui capto atq exercito Starcodobo nigenti hominu strage Moschos
ni perpetuu deiecisse iam videtur. | Pretereo alia bella varia atq
ingenta, quae Sigismundus gessit non libidinis regnandi, neq
studio gloriae incensus, sed amore Christianae 2 religionis conser-
vandae | cu cui Polonia regnu Aquilonq versus ultimu sit regno-
ru omniu gentcis finitimas habet inimicissimas, partim Christi-
ano partim vero Romano nomine, quare Sigismundus cu his
assidue bellu gessit non ut finitimaru rerum potiretur, sed ut reli-
gionem Christiana contra Scithas atq Turcas, Romana vero
sedis nomen contra Moschos atq valachos tueretur, quod ha gen-
tes huic sedi hoc isto dissidio Graecoru cu Latinis, sint omniu ini-
micissima. Solus ergo Christianoru regu omniu Sigismundus
non pro augendo, sed pro retinendo regno, non pro sua libidine †
bellu cu tota Asia gessit. Cuius Asia opes cu magnis ac inspera-
tis victoriis creuisse iudices videret, seq pro cateris periculis

† sed pro Christiana religione

illis proximum esse sciret. Christianos autem principes mutuis bellis dissidere videret, prouidendum sibi regnoq; suo putauit. Quapropter summa ope est conatus Christianos principes in mutuam gratiam redu-cere. illorum concordia ac conspiratione suas opes atq; cogitationes contra Turcarum tirannum figmare. vt minus potens, minusq; formidabilis tirannus ille vobis esset. quapropter et Maximilianum Cesarem reconciliata iam gratia Viennam adierat. cuius etiam hortatu Vladislaus frater Hungarie rex. cum Ludouico filio eo quoq; venerat, quo in conventu summorum regum ille ostendit, docuit, monuit, Turcarum opes tantas esse. vt ab vno Christiano rege superari non possint: in concordia ac mutua pace spem esse. sine qua nihil esset Christianis salui. itaq; Sigismundo autore atq; duce iacta erant Viennae fundamenta communis auxilii. quae tamen sorte quadam rebus nostris aduersa. non diu manserunt. Nam et Maximilianus et Vladislaus vita functi. ambo spem Sigismundi fefellerunt. Non cessauit tamen Sigismundus agere et facere omnia quo potentia Turcarum occurreret, quare auxilia undiq; contrahebat. cum finitimis fedus et amicitias iungebat. neq; vero his solis contentus fuit sed etiam cum scisset Neapolim atq; omnem illam oram Apuliae, socie-tate Turcici belli cum Polonia coniungi. amicitiam Italiae expetunt, hancq; Bonam reginam ex Sforcia familia. clarissima atq; totius Italiae nobilissima ducem Bari in matrimonium accepit. vt hoc cum quodam illustri ac sancto pignore. socium se belli ac periculorum omnium Italis profiteretur esse. verum cum hac ista spe finitimorum ac externorum auxiliorum frustra penderet. solusq; saepius cum summo rerum suarum discrimine cum Turcarum Ducibus confligeret. de re-gnoq; suo iam plane dimicaret. fedus ad extremum cum Solimano fecit. Quid vero illi aliud faciendum fuit? solus erat opem ferebat nemo, spes ipsa restabat usquam, regnum porro suum videbat om-nibus Turcicis bellis ac periculis esse propositum. quid tandem queso est? quod quis Sigismundum huius istius federis nomine reprehendat? cum videbat vnum e duobus illi fuisse necesse. vt

vt aut regnū suū ni postremū discrimen adduceret aut fœdus
cū Turca faceret, quod tamen ille non fœdus potius, quàm indutias
sibi putabat datas esse parandi belli/ mouerat cui/ a Turcarū tirannō
non fide, neq; religione, sed occasione, atq; tempore fœdera pondē:
rari, quare etsi ille fœdus illud sanctissimū esse ducebat, tamen q;
nihil huic hosti cederet, inter fœdus illud rationes suas summo
studio futuro bello parabat, vt si quando illi necessario cū Turca
belligerandū esset, vt eo paratior instructiorq; in aciem contra
illū prodiret/ meminerat sæpius se conflixisse cū hoste, summo
cū periculo. Ludouicū etiam regem nepotem ex fratre suū vide:
rat vitā, et regnū profudisse, cū incertorū auxiliorū spe, bellū
Turcicū mallet, quàm fœdus/ cuius consilia nunquā probabat Si:
gismundus, summoq; studio a bello illū reuocabat/ ostentabat illi
Rhodū atq; Cou, nobilissimas insulas consimili spe periisse/ docebat
Carolū Cæsarem impeditū esse bello Gallico, atq; italico, Ferdinandū
autem rusticano/ Germaniā etiam totā religionis controuersia
dissidentem commemorabat/ nullā spem superesse/ præstare fœdus fa:
cere, quàm bellū incertū gerere: cuius fidelissimis consiliis cū Lu:
douicus non obediret, vitā simul cū regno amisit/ Qua in re Sigismun:
dus quàm sapiens rex atq; fortis fuerit ostendit, qui reipub. tan:
quā in alto nauim prouidentia tempestatū et locorū et temporū
dirigendam esse ducebat, vt quid tempus reipub. poscat, aut quid
vetet in primis sapienti regi sit prouidendū. Interea tamen Sigis:
mundus, quo ad vixit, cū bellis mutuis Christianorū ardentes
ille non quieuit, sed assiduis bellis pacem regno suo quæsiuit/ nunquā
quenquā bello lacessiuit/ nunquā nisi lacessitus bellū gessit/ propterea
etiam {credo} victor semper extitit, singularisq; illa huic uni con:
cessa erat gloria, q; hic solus regū omniū ni Polonia nunquā victus
fuit. nisi forte quis illam acceptā calamitatem apud Socalū bello Sokall.
Scithico huic adnumeret, qua temeritate Ducū, absente rege, bello
commisso a Scithis accepta fuit, quā tamen calamitatem ille
postea infinita hostiū cæde compensauit/ sic ille cū nihil temere

nihil abiecte neqz demisse / sed summo consilio magno et inuicto animo cuncta gereret facile fuit inuictus / res etiam nostras cum armis vix posset facere a Solimano vindicauit quas ille aut pace perpetua cum hoc hoste sanciuit aut si belligerandum nobis erit paratiores instructioresqz aduersus Turcarum opes reddidit.

Reliquum est vt de clementia ipsius pauca dicamus / sine qua et sapientia nihil prodest regibus / et iustitia etiam obest / et fortitudo ipsa nocentior fit suis quam alienis / nisi ipsius clementia moderatione temperetur. Haec cum ferocem animum regis ferum et indomitum contra regni hostes, emollit suis / manuetumqz ac benignum reddit / vt hac ista virtute rex hostem ab amico / peregrinum a cive / innocentem a reo secernat / reis etiam ipsis fragilitatis ac imprudentiae in hac eadem virtute apud regem perfugium est. haec ista virtus in consiliis in iudiciis / in bellis regum versetur necesse est / si reges non tiranni illi volunt perhiberi. hic cum regia celsitudinis ornatus est / haec illorum commendationis est summa / haec sola atqz vnica ad immortalitatem illis restat via / denqz ex hac ista excellenti / et plane regia virtute nascitur suauissima regum ipsorum memoria / gratumqz ac iucundum illorum apud suos versatur desiderium. Vnde enim sunt vestra ista lachrimae? vnde haec est misericordia / quam nunc vos praestatis mortuo? eblandita credo haec sunt a vobis spe vlla commodorum vestrorum / et non potius expressa vestigia maroris vestri / recordatione illius optimi atqz clementissimi viri / qui benignus in bonos / mitis in reos indulgens in omnes fuit / nunqua ille arrisit vitio / nunqua detraxit virtuti / nunqua blandiens parti se dedit alicui sed cum rem ipsa sequeretur / hoc vnum propositum illi fuit / ne qua in re aberraret a vero / tanta aequitate ac clementia / vt rerum ipsarum ac criminum magnitudinem / cum reorum infirmitate conferret / virtutem etiam ipsa atqz innocentiam / ne approbatione insolesceret / aut dissimulatione / aut leui reprehensione temperabat. Iam vero ipsas parteis magnis saepe odiis inces-

ſas ſumma grauitate ac æquabili erga vtranq; voluntate
audiebat. Posſem hoc loco magnas inimicitias clariſſimorū vi-
rorū commemorare ex reipub. cauſa ſuſceptas, niſi et vos me-
miſſe ſcirem et ipſe præterire hanc iſtā ignominiā vellem, ne
commemorando notare videar autores ipſos. dabo hoc ergo illorū
authoritati ab hisq; vobiſcū vna petam vt communis ſalutis
cauſa, remittant animos, æquosq; ac placatos retineant. huius iſtius
exemplo regis, qui cū rex eſſet poſſetq; delinquentem cohercere,
æquus tamen vtriq; fuit, moueriq; ac hortari interdū etiā rogare
ad pacem ſuos malluit, quàm lege, vi aut minis impellere fere-
bat cū æquo animo omnes, ni liberaq; reipub. non ſolū animū
ſed etiam odiū liberū eſſe debere dixit. Hanc libertatem ille li-
berorū populorū cū ſummā eſſe ſciret, vt videlicet et amoris
et odii par ſit apud cuiuſq; ratio, ipſe quoq; odia multorū in reipub.
pertulit, ſi tamen odiū eſt dicenda libera expoſtulatio ſubditorū
cū rege, cū cui benignitas ipſius atq; clementia nimia
quibuſdā aut etiā nonnullis in rebus remiſſior videretur, repre-
hendi ſe palā in ſenatu patiebatur ſententias in ſe dictas pa-
cientes ferebat, et eas æquiſſimo animo refellebat aut illis ce-
debat, et ſecundū illas quod admittebat corrigebat. Iam vero in
Comitiis ipſis nullius regis in Polonia aures vobis ac veſtris
Legatis benignius vnquā patebant, attente peroranteſ veſtros
Legatos audiebat, poſtulata veſtra clementer accipiebat
ſtultitiā multorū ſæpe ac intemperantiā perferebat, nunquā
ille aſpero verbo aut immodeſtius miſſo excanduit, nunquā ira-
cundia exiluit, quam ille cū omnibus virtutibus, continentiæ
grauitatis, iuſtitiæ, ac humanitatis a ſe remouiſſet, facilis
in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisq;
fuit. Quanto cū motu, quanta contentione illa ad Leopolim
Valachico bello pro veſtra libertate cū hoc rege egiſtis? cū quæda
non legitime fieri, quædam etiam negligi ab illo vobis viderent?
quæ tū grauitas? quæ animi æquitas? qui modus? quæ patientia?

huius regis, qua vestra libertas actionis tu fuit? et tamen cu iuste fortasse nonnullis irasci posset nominem vestru ne asperiori quidé verbo propterea appellauit ita vt etiam illius ipsius actionis autores atq; duces maximis affecerit propterea premiis veluti hos duos fortissimos ac coniunctissimos fratres Petru ac Martinu Sborowskie. Zborowios quoru in repub. singularem fidem, obseruantia vero erga se summa cu esset expertus, vtrumq; honore Senatorio affecit, quoru exemplo illi ad tuenda rempub. causamq; communem agenda multos fortes viros ac industrios ex ordine vestro excitauit, veluti hos duos summa spe ac virtute in causa communi cognitos, Petru Boratinski Rutenu, et hunc Stanislaw Lodlodowski ex Scudomiriciu municipio Equitem, qui cu in Comitiis nuper Piotrkouia habitis, quæ postrema Sigismundo fuerunt graniorem causa reipub susceptissent, quà vt vtriusq; etas pati videretur: sic tamen a Sigismundo auditi sunt, vt etia Stanislaw Lodlodowski, de libertate vestra liberius disserentem lachrimans audiret. Et cubio Sigismundu in Polonia non imperatorem, sed regem esse diceret, legibusq; illu certis regnare oportere, summa cu libertatis orationis disseruit, annuit illi ipsoq; vultu ac nutu significauit — se quoq; non imperatorem velle esse sed regem. O virum omnibus litteris, sermonibus ac monimentis celebrandu, et dignu, qui non dico hominem, sed Deos ipsos regeret, non illius tu Mtas. auertit illi a dicente Lodlodonio oculos, non aures illi clausit regiæ potestatis conscientia, immo vero vidit, audiuit, ac summo studio audienda sibi ea putauit, quæ libere de repub. a Lodlodonio dicebantur. Dixisses hæc in Neronis Senatu Lodlodoni? aut alicuius regis Itali, aures hac ista libertatis voce affectisses? postremu illo in loco (mihi credo) constitisses ac vltima vox tibi illa fuisset, quæ tamen ipsa grata Sigismundo fuit, iucunda nobis gloriosa vero nunc est ipsi tibi.

Summa hæc est clementiæ laus Equites Sigismundi regis et haud scio an omnium maxima in libera repub. liberas velle versari hominum voces, liberas sententias, denique liberas expostulationes, ac monitiones, ac reprehensiones ferre, quæ qui rex non fert, aut in rep: non probat, non rex, sed inmanis est tirannus, qui vt homines liberos in ciuitate non fert, ita neque biguas liberas ferre potest. Nec inuitia tirannus cum ipse vivit, cum omnium inuidia iniuste ac impie, sine fide, sine amore, sine vllo benevolentiæ vinculo vt merito fidat nulli, credat nemini, nulli religioni, nulli legi parcat. At Sigismundus contra omnium qui vnquam fuerunt rex mitissimus atq; clementissimus cum meminisset liberi populi regem se esse, certa religione ac certa fide regnantem vobiscum, non vt cum seruis, sed cum liberis, non cum subditis sed cum sociis atq; amicis, summa benevolentia in hac repub. vivendum sibi esse duxit. vt ex æquo et audiret suos et audiretur a suis, quare ita ille nobiscum vixit, vt non tantum aures illius sed ipsius etiam vitæ primatæ recessus nobis paterent. Aperta stabant illius cubicula, patebant atria, penuia nobis erant illius penetralia, nunquam excludebamur, nisi cum erat necesse, admittebamur, astabamus, audiebamur, libera querimonia de aliorum iniuriis apud eum erant nobis, ac qualibet de re facilis aditus, ac pene assiduus cum illo commictus nobis fuit, vt non solum meus, sed oculi etiam nostri liberi in vita ac in omnibus cubiculis ipsius versarentur, in quibus nullos mores tirannicos nullas contra libertatem nostram machinationes, nullum regni decus nullam turpitudinem, nullam denique intemperantiam cernebamus. omnia erant in illius integerrima vita honesta, pudibilia vero decora ac cum summa regia dignitate coniuncta. Jam vero quoties progrediebatur e thalamo, in publicumq; se ac in turbam dabat, quanta tum Dii immortales oris illius dignitas, qua maiestas, qui hominis illius habitus, qui incessus? qui comitatus fuit? quam aptus? quam comis? quam gravis? qua cultus? quamq; summo rege dignus, quibus rebus cum in animos hominum influeret, ac mentes omnium

atq; vrb libertate

hac tanta maiestate occuparet, non timuit venena non insidias non conspirationes vllas verebatur, propterea etiam carebat pre-
gustatoribus, quibus tamen ipsis interdu ad speciem vtebatur ma-
gis quàm ad aliqua necessitatem. / Senatorum turmis ac equitu
incedentis latus claudebatur, non doryphoris hisce nefs sexus
mercenariis indignum cui bono rege putabat esse metu in suo
regno pre se ferri armis, ac in cetu suorum hostem vereri ac pro-
pterea ab armatis seruari. Tirannorum sunt ista presidia equites
et male cogitantium hominum de rebus communibus / fide Sigismun-
dus ac benevolentia vestra satis se munitu putabat esse nemi-
nem etiam e suis metuebat, cu aequaliter omnes diligeret, omni-
busq ex aequo se amabilem preberet, tantumq hac ista fiducia
vestri profecit, vt quiete primu ac tranquille vita vobiscu degeret
deinde studiis vestris incredibiles huic regno felicitates atq
opes afferret. Qua cui fide ac voluntate erga hunc regem vos
fueritis, testantur multa atq preclara facinora huic regi virtute
vestra parta, qui cu talem se regem gereret in omni officio suo
ac munere, vt ad summa nihil a vobis in eo desideraretur
merito tales vos quoq erga illu gessistis, vt ob summa atq am-
plissima illius in vos ac respub. vestra beneficia patrem patria
vna voce hunc appellaretis, qui bonos post condita Polonia huic
soli a vobis est habitus. Et cu eu quem natura mortalem genue-
rat, vos immortalem esse cuperetis, hunc Sigismundu Augustu
filiu pignus esse voluistis fidei ac voluntatis vestre erga Sigismun-
du sempiternu. Nam cum hic Augustus admodu puer esset, soloq
illo omnes patris spes niterentur, et cum id vobis per leges libe-
ru esset, hunc vos honorem patri habuistis, vt hunc filiu ipsius tu
autem puerum necdu ad imperiu etate maturu, magna tamen spe preditu
regem vnio patre omnibus vestris suffragiis salutaretis, hancq
incredibilem voluptatem patri de filio daretis vt is vestro be-
nefitio filiu successorem sibi paratu videret, cui nomen Jagella-
na gentis ac familie amplissima dignitatem regnumq patrium

atqz amitu tradere⁹t. Magna hec vestra erga Sigismundu voluntas
fuisse etiam studiu vestru fuit. hanc mentem vt retineatis mor-
tuoqz illi conseruetis. vestre fidei. vestre constantie est equites
tu vero vt parem animi voluntatem retineatis. ~~mortuoqz illi con-~~
~~seruetis. vestre fidei. vestre constantie est equites. tum vero vt~~
~~parem animi~~ ni ipsius progeniem totam. quam reliquit
vos ille orat atqz obtestatur. Aspicite equites hanc lugubrem turba
hec fletu deformata corpora. hic filius ipsius charissimus. rex
vester est. hec vero illius est fidissima ac sanctissima coniunx. illa autem mesta
ac dolentes tres filie. hunc eatu atqz hanc sobolem clarissima
regis vestri colite equites. ac summa veneratione summaqz obser-
uantia habeatis.

Tv etiam Sigismunde Auguste. suscipe hunc ordinem. cuius vir-
tute pater tuus fuit inuictus, vides ni qua pericula regnu tuu
incidit. quos hostes habeas. quos etiam metuas considera, circum-
stant te vndiqz pericula. auxiliis destitutos nos vides esse,
nusquam ni finitimis. nusquam ni alienis presidiis spes esse, vndiqz
circumfusa premit te Asia, hinc ex Hungaria imminet tibi Turcia,
hinc Valachia. hinc Scithia. hinc bellu renouat Moschouia. Germa-
nia postremo ipsa referta gentes ac sanguine tuo non satis tuta
tibi denunciat. vides quadru medio relictus sis solus. vt secundu
Deu spes tibi nusquam restet. nisi in hoc ordine. ac in paterno imi-
tationis exemplo. quod si tibi proposueris, etsi dies ac noctes in
eo recognoscendo fueris, nimemes profecto. quomodo hec que tibi
amplissima pater reliquit consecutes. subito tibi poterit acci-
dere nouu. quod in regnando pater tuus non viderit. aut non fue-
rit expertus. tu modo sapientie ipsius ingredias vestigiis. ad
exemplugz paternu mentem tuam in rebus optimis exerce. se-
natui pareas. iustitia colas. equus omnibus. addictus nulli fias.
religione in Christi comites consecutes. rem militarem augeas. beni-
gnus in omnes. pius ac clemens in tuos fias. et breuiter iisdem
itineribus ad virtutem eas. quibus pater tuus peruenit.

ſuſtines cuius rei non mediocrem ſperu feſt in te præſtans vtroqz
genere natura / eſt etiam quod adoleſcentia tua fert / vſus verū
magnarū / omniū ora atqz oculos vides eſſe in te vnū conuerſos.
cui te iuturum / tū de Sigiſmundo patre tuo / tum de maioribus
cogitamus. veniunt enim nobis in mentem / veniunt te iuturi tib⁹
Jagelloues illi veteres / vladiſlai item, Caſimiri / atqz patrui tui
clari viri quorū dignitate / virtute / atqz exiſtimatione apud
omnes gentes fuimus illuſtres. Qui ſi quis mortuis ſenſus eſt,
memoria nominis ſui, dignitatem huius regni / ac omniū noſtrū
ſalutem tibi commendant / a te petunt / vt ſuſcipias cauſā no-
ſtra / vtqz hanc reipub. et pro illorū dignitate / et pro tua glo-
ria / ac pro noſtra ſalute adminiſtres. Idem moriens tibi man-
dat pater / atqz hoc in loco iacens a te poſtulat. Adeſt enim pro-
fecto / adeſt illa vis hic coram / qua hoc mortale vigebat corpus
et qua hoc iſto corpore ad noſtrā ſalutem vſa eſt: hæc inquā
vis diuina / atqz immortalis patris tui / hic coram aſtans te in-
tuetur / tuam fidem implorat / hæc abs te petit / vt ea omnia qua
in templis / qua in foro / qua in regno huic decedens reliquit
tibi pater / virtute / fide atqz conſtantia tua conſerues / ac defen-
das vtqz memor ſis te Polonie eſſe regem, in tua perſona hui⁹
reipub. faciem expreſſam eſſe / vtqz ob id non publicā tantū / ſed
etiam tua priuata. Si tamen quid tui priuati hoc in regno eſt /
vt ea inquā omnia / ad ſummam / ac amplifſimā regiā dignitatem
tuam referas / Quod ſi tu qua in re titubaueris / aut ab officio tuo
deflexeris / cadet hoc regnū / ſtare diu non poterit. tua enim ſapi-
entia illud nitatur. tua iuſtitia ſtet. tua virtute defendatur
demqz tua clemencia floreat neceſſe eſt / hoc magnopere abs te
flagitat pater hoc nos ſperamus / hocqz debitū munus abs te ex-
pectamus.

Vos etiam patres conſcripti / quos diuina ſors quæda huic regi fe-
cit ſuperſtites: manete in hac cuſtodia reipub. in qua vos ille
vnus collocauit / vigilate, multa ſunt inſidiæ nobis / multa

inimicitiæ. hostes infiniti. pericula vero tanta quanta post conditu
hoc regnu non fuerunt/unquam salutis spes ostenditur nisi in vestra
concordia/exigite vos per deos immortales/ac odia si qua vobis
insunt. reipub. causa ponite/vt communi officiu Senatorii com:
muni animo. ac voluntate defendatis. Quid enim salui in hoc regno
fore putabis distracto in partes senatu/variatis vestris senten:
tiis. &quitibus postremo ipsis vestris inimicitiis dimissis. atq; incen:
sis? Iam vero metus externi hostis/ac imminentis periculi/
vos in mutua pace. atq; benevolentia contineat. quæ res semper
apud optimos ac præstantissimos ciues plurimum potuit. vt q°
die magistratu inierint. eodem in gratia redierint. turpe sibi
fore rati. cum in repub. eadem societate coniungentur. non
eadem eos fide coniungi: quæ ibi esse nequit. vbi concordia est
nulla. fecerunt hoc illi veteres tuæ deo homines Gracci. Scipio:
nes Lepidi. Metelli/vos qui certo ac vero deo nimbis non facietis?
præsertim cum finem legis vestræ charitatem sciatis esse? quam
si ex ordine vestro tollatis. et reipub. amittetis. et vos ipsi pe:
ribitis. non est enim quod quis speret. rectis consiliis ibi locum
esse vbi charitas est nulla. et vbi in locum huius succesſit odium et
iracundia. ira enim vitio. Apostolo teste. iustitia Dei non operatur.
quid dicam odium ipsum? quod cum inueterauerit animi lumen extin:
guit. dementatq; mentis tenebras offundit. veniant in nobis in
mentem patres conscripti. quanta odia illa Gracorum quanta
Romanorum. quanta etiam hæc ista recentia Hungarorum fuerunt
quibus odiis potentissima nationes ac florentissima imperia
corruerunt. Senatorum (mihi credite) culpa illa fuit. dum enim
se quisq; in repub. ostentat. dum potentiam suam iactat/dum opera
venditat. postremo dum se magnum vult videri/ea calamitate com:
munis et Senatus et plebs una perit. Ne hoc fiat Deus opt:
Max: in cuius cura sumus. vt hoc inclitum regnum/hic inuictus
populus. vestras discordias publico luat interitu. Quare vin:
cite per deos immortales animos patres conscripti. ac illos

retinete ui officio, plus apud vos valeat malu publicu odio vestro
primato, date hoc reipub. patres conscripti, date nobis, date saluti
communi, date vobis ipsis, coniugibus liberisqz vestris, quoru
supplicio ac interitu expiabuntur mihi credite discordie vestre
nisi prouidebitis, reiicite controuersias priuatarum rerum, sit respub.
seges et materia vestre glorie, hanc exercete per Deos immor-
tales patres conscripti, que multis circumsepta hostibus ac ma-
gnis undiqz cincta periculis vobis supplices manus tendit, vos
orat atqz obtestatur, vt reconciliatis vestris animis, salua atqz
incolumem illam velitis esse, et certe talem qualis Sigismundo
regi fuit, hoc res ipsa pub.ca hoc etiam Sigismundus a vobis
ipse esse postulat, qui hunc filiu suu charissimu, atqz optimu respectans
vos ex alto intuetur, a vobisqz petit per Deu ipsu, quem caste religio-
seqz in Polonia coluit, per rempub. quam amplissima vobis reliquit
per salutem vestra, que illi vita propria charior unquam fuit, vt
cum hoc augusto regi filio autem suo coniuncti inter vos fidelissima
gracia et religionem Dei opt. max. et dignitatem reipub. et salu-
tem omniu conseruetis. Non est non est tergiuersandi locus, monent
omnia, vrgent omnia, atqz instant. Quantu tandem huius morte
hostiu animos crevisse putatis? num Moschoniu? num Scithiu? num Tur-
ciam atqz valachiu parum huius morte sperare capisse existimatis?
f sibi oblatam esse occasionem mihi credite huius morte ad occupandu Poloniu f nationes
illa arbitrantur? que quidem omnes nullis vobiscum neqz legibus
neqz certo pacis iure sunt coniuncte. In concordia ergo vestra ac
in mutua benevolentia spes omnis sita est salutis communis,
atqz huius reipub. retinenda, que nunc morte regis sui exanima-
ta ac prope conuulsa sedibus suis ad complectendu conservatorem
suu gemens ac maesta venit, illi gracias agit mortuo, tibiqz in
primis summe Deus, qui hunc hominem ad genus humanu conser-
vandu, et ad hoc regnu constituendu in terras miseris, cuius be-
nefitio ad hanc diem stant res nostre, ac cuius opera hoc regnu
floret ingeniis, valet opibus, pace ac otio fruitur, ac legibus opti-

mis viuit. huius postremo monimenta multa ac praclara aternita-
te ipsa consecrata assidue nitentur. tibi nos Sigismunde hac om-
nia debemus. tibi hac accepta ferimus. tua munera sunt ista. tua
summa beneficia, per te nos illustrati sumus. per te exteris gentib⁹
cogniti, te autbore atqz duce Polonu venerabantur nomen. omnes
gentes Grecas. Latinas. ac Barbaras, tuis victoriis hostes nostri de-
bilitabantur. tuo fadere. ac societate amici nostri lætabantur. tu
iudex regu. tu pacificator gentiu. tu moderator nationu. ac conser-
uator omniu fuisti, tu hanc rempub. affinitatibus primo. deinde con-
iugiis cu exteris nationibus coniunxisti. tu autor legu nostraru
tu magister morum ac disciplinæ fuisti, hem nostra lux nostrum desiderium
Sigismunde iacens. ad quem nunc confugiemus. a quo opem petemus.
quem hostibus nostris opponemus. qua pace. quo bello. quo fadere nite-
mur? O acerba mihi equites memoria harum rerum omniu. o fle-
biles exequias. o vitam infelicem. qua orbata est hoc isto rege
atqz patre. tibi cu morte huius ornamenta sunt detracta. tibi præsi-
dia adempta. tibi solatia sublata. solus hic restat tibi dolor mœror
ac gemitus. Ju quo tamen ipso luctu ac mœrore nostro Sigismunde
Auguste rex ad te venimus. tibi nos pœnitus tradimus. tu spes no-
stras. patris tui morte fractas restituas. tu salutem conserues.
tu libertatem nostram legibus atqz armis defendas. Vos etiam equites
atqz vos patres conscripti. memoria regis vestri pie inuiolateqz ser-
uabitis. pluvia me dicam. tuæ me Auguste lachrimæ impediunt. vestræqz
Equites non solum uca. quibus monemur. vt a Deo precemur quo
Deus huic mortuo propitius, nobis vero benignus velit esse.

Dixi.

Ad Sigismundum Polonie Regem atq; eiusdem nominis filium

Paulus Rhamnusius

QVÆ nam te fata : aut quis te Sigismunde Deorum
Eripuit nobis : quis funere mersit acerbo :
Vt qui vnus poteras animo maturus et æuo,
Sauromatas domuisse truces pictosq; Gelonos
Imperio frenare tui tam triste relinquas
Excedens desiderium vt tua funera tristis
Bellipotens Geticas Mauors qui temperat oras
Spectet et Arctoos iam propulsare furores
Te sine vix posset : tantum tua viuida bello
Dextera tantum animi potuere ad prelia facti .
Atq; ad pacis opus : quam pugna querere et armis
Consueti et longe insidias longe hostica castra
Pellere mil metuens pulchram per vulnera mortem
Quum modo te armatum te gelidi timuere Trionis
Aut modo deuicta spoliis te gentis onustum
Accepit patria et templis indixit honores
Insolitos virtute sui lætissima regis
Iure ergo parta populos in pace regebas
Temporaq; emerita degebas leta senecta
Nunc vetus imperium nato proauitaq; regna
Astra petens seruata manu et pacata relinquis
Quare age cura Deum et Sigismundi certa parentis
Effigies Sigismunde tui atq; vt nomine hæres
Sic regni imperium serua quod suscipis et te

Aequalem virtute patri atq; insignibus armis
Ostende ac Scithicos iam nunc meditare triumphos
Interea Mauors primis tibi cultus ab annis
Viderit vt lege ac bello te regna tueri
Tecum aderit felix, tecum tua bella reuiset
Tum pater e celo letabitur, et Bona mater
Se genuisse viru, tanta qui pondera molis
Ferre queat, reuocetq; antiqua secula vita
Non pietate minor quam bello et fortibus armis.

Ad Sermam Bonam Reginam Polonie Paulus Rhamnusius.

O. Magni regina parens dignissima regis
Et magni quondam regis fidissima coniux
Cui bello clara gentes, tot regna tot vrbes
Arma ferunt, spirat Boreas quacunq; serenus
Et sibi vicinas, qua terras despicit Arctos
Quid iuuat absumpti lugentem fata mariti
Crudelesq; Deos, crudeliaq; astra vocare?
Et casta infando corrumpere lumina fletu?
Qualis ithim in densis cum deflet Daulias vmbris
Mater, et antiquas repetit memor ore querelas
Sisde ocyo lachrimas et inanes desine luctus
Se flere vetat ille, tuus tua cura maritus
Nec sinit ille mori, viuusq; per ora virorum
Perq; animos volat, et solenni laude viresceit
Et iam iam meritas cœli subuectus in arces
Sub pedibus latus nubes et sidera cernit.

Tum cura Regnia tua communia mandat
Pignora · vt imperium miti moderaris habena
Concordi cum prole fide vestrique senatus
Consilio · et pacis studiis florentia longe
Arma fugis : tum si impendere videbitur hostis
Ne belli terrere minis · hoc sospite nato
Qui tibi non expers crescit virtutis auita
Sigismundo · nec patre minor · sed fortibus armis
Et gentis clara · auspiciis felicibus olim
Tristibus obsistet bellis · Scithicosq; tumultus
Comprimet · ac fixis denicto ex hoste trophaeis
Barbaricis duces spoliis exercitus omnis
Augustos laeta celebrabit voce triumphos
Nec te Sarmatica tantum celer incola terra
Fronde sacra · et vernis ornabit Vistula sertis
Sed tanti matrem regis veneratur Albis
Atq; nigrus Ister gelidiq; Boristenis vnda
Quiq; altus longo tractu per plana volutus
Mille trahit secum vaga flumina caerulcus Rha
Cumq; furens tumidusq; dui rapido agmine aquarum
Processit centum rursus discretus in alueos
Hircanum placidus · liquido pede fertur in aequor
Blandior assurget cornua iam vestra vtroq;.

Oratio Martini Cromeri Canonici Cracouien in funere Sigismundi primi regis Polonie

1548

Scripta: non dicta.

Sex^mo Principi Dño Dño Sigismundo Augusto Dei gracia Regi Polonie ma: gno Duci Lituanie Russie Prussie Ma: sovie Samogitie etc dño et hereditario suo clemen^mo.

Martinus Cromerus

In publico et acerbissimo omnium nostrum luctu, quem tecum pariter, Sigismunde Auguste rex inclite, morte sanctissimi re: gis nostri Sigismundi patris tui nuper hausimus, nulla est mea quidem sententia maior et efficatior doloris lenatio, quam ho: nestissime et laudabiliter in primis ab eo acte et religiose exacte atq; posite vite, beneq; et feliciter sapienter et cum approbatione omnium bonorum administrati Regni huius recor: datio. Qua in parte ego pro meo de multis bene merendi studio opis aliquid non tibi, neq; maioribus natu, qui multos annos in repub. hac nostra, et in aula eius Regis versati, exa: ctius omnia norunt et memoria tenent, sed minoribus et im: peritis afferre cupiens, scripsi funebrem orationem siue lau: dationem: qua vitam eius pene omnem, resq; gestas illustriores rude et succincte, quoad fieri potuit exponendo, non verbis

amplificando, quod per longu et non mearu sane vitiu opus futuru erat complexus su: vt essent commentarii vice interim dum sine a nobis ipsis in instituta historia gentis nostre, siue quod malim a doctiori atq; diserctiori quopia diligentius omnia pertractantur. Nec sane desunt in hoc tuo regno quod multo florentius et belli et pacis artibus pater tuus reddidit, quam acceperat, qui si tua benignitate accesserit, et libenter id opus susceptura sint, et cum dignitate prosequetura. Equidem si nichil aliud hoc labore meo assequar, certe doctioru cessantiu adhuc studia excitabo, et persequi hec accurate et ornate volentibus materia subministrabo. Tibi vero ni primis inclite Rex oratione hanc dicare volui, cui meipsu non ita pridem addixi et ad quem hereditas paterna gloria maxime pertinet, vt si quidem placebit, nonnulla si non cum voluptate certe cum leuatione desiderii paterni, domestica decora recognoscas et nostri siue ocii siue negotii fructu et quasi primitias quasdam delibes. Sin displicebit, quod magis credo melioribus deos id negotiu vt ne eorum qui nunc viuunt mortaliu memoria sapientissimi et optimi patris tui laudes intermoriantur. Quanq; vicent ea, nisi me vanu fallit augurium euo sempiterno, casq; posteri longe etiam quam nos gratiore et iucundiore memoria prosequentur. Quod reliqu est: Deu precor, vt fausta tibi nobisq; omnibus Regni tui itia esse velit, et latioribus in dies successibus id cumulet, ac ditissime nicolaue fortuna: tuq; preest. Cracouie ix Cals Augusti M° D° xl viii.

Intemperantius fortasse Sigismunde Auguste Rex inclite et vos pa-
tres amplissimi ac ceteri viri undequaqz ornatissimi abuti facili-
tate et potentia (patientia) vestra videor qui locum hunc augustum apud vos
hoc tempore dicturus consenderim nichil neqz conspectu neqz
consessum istum vestrum amplissimum gravissimumqz reveritus neqz
rei de qua dicendum est magnitudine deterritus. Neqz ego ita
sum sibi ut non intelliga quid et quantum sit quod nunc a
vobis expectetur: neqz ita mihi ipse placeo ut non perspiciam
quid a me prestari possit. Quod si Alexander ille magnus rex Ma-
cedonum qui res maximas mira celeritate et rara felicitate gessit
neqz fugi se neqz fugi nisi ab Appelle nisi a Lisippo prestantis-
simis sue etatis artificibus passus est quanto acumine qua varia
doctrina quam solido iudicio qua memoria quam vbere denqz
et illustri eloquentia esse oportet eum qui de optimi fortissimi sa-
pientissimi clementissimi et pientissimi regis Sigismundi cuius
nunc exequias Polonia Lituania Russia Prussia Samogitia et
Masovia omnis mesta et pullata celebrat laudibus et vita om-
ni vere et pro meritis dicere (cius) velit. Et effigiem quidem cuiusqua
apte seu fingere seu fugere non maximi est ingenii neqz la-
boris ac ne opere precii quidem. Latent enim (omnia) sub obtutibus corporis
cuicamenta neqz magnopere cuiusqua referre quo colore qua
figura oris quo corporis totius habitu quam statura quisqz fue-
rit qui uiter homines esse desiit. Animorum habitudines vitamqz
omnem non cuiusvis est neqz exacte perspicere neqz dicendo
apte et ad vium exprimere. Magnorum autem virorum et excellen-
ti virtute preditorum laudes celebrare apprime vtile est

vita hominu et necessariu: vt et illis quo ad fieri potest pro meri-
tis suis gracia referatur et ceteri habeant unde virtutis et
laudis exempla pateant et quo ad hec merendu de suis me-
rentur tanta sunt enim (autem) huius optimi regis virtutes vt summis
pariter ac imis abunde exemplorum ad vita recte et honeste
instituenda suppeditent tanta in nos et in patria communem
hanc nostra merita et beneficia vt ea sempiterna immortalita-
tis laude conseruari a nobis oporteat. Neq tamen is ego sum
qui id me rectissime et cu excellentibus sanctissimi illius re-
gis virtutibus tum perpurgatis vestris auribus digne facere
posse confidam. Absit hec a me arrogantia non adeo effrons de-
mens q sum. Intelligo nulla in me esse doctrina nullu dicendi
usu et exercitationem nullu excellens ingenium nulla denig
memoria. Quenam vero tanta est cuiusqua eloquentia? in quo
tantu flumen lectissimoru verboru? in quo tanta vis et vt
ita dica fulmen sententiaru? in quo denig tanta memoria
et pronuntiandi dignitas vt clarissimis optimi regis virtu-
tibus atq meritis par esse possis? Sed si lautis ac deli-
catis epulis deficimur aunc cibariu quidem panem hospitibus
apponemus? Etsi auro gemmis preciosaq veste caremus
ne malo quidem cotonio vel scipho aqua ex preterlabenti amne
hausta gratitudinem animoru nostroru sanctissima huius
regis anima ostendemus? verus est prouerbiu eos qui thura
non habeant mola salsa litare. Certe vel cu periculo priuata
temeritatis et impudentie non est prodenda causa publica
neq committendu est vt du singuli pudori nostro consulimus
cuncti hoc extremo laudationis officio in funere talis ac
tam bene meriti regis pretermisso ingratitudinis ne dicam impie-
tatis reprehensionem apud omnes gentes que humanitatem co-
lunt merito incurramus. Audendu est igitur et eo quidem ma-
iore fiducia quod iis de rebus dicendu est que vobis plerisq
omnibus aque ac mihi nota nonnullis etiam notiores sunt.

nempe quas vidistis ipsi fere et meministis est quarum vt ait poeta
quida pars magna fuistis. Ita cum futurum est vt me rudi et inculto
sed plano tamen sermone capita verum modo attingente cetera vos
ipsi diligentius mecum recognoscatis et grata iucundaq; vt par est
memoria recolatis. Ac de tribus bonorum generibus quae sola sunt
laudabilia primum externa deinde corporis postremo animi eius
bona succincte persequar. Quod dum facio vos michi quaeso vi-
ri praestantissimi benignos vos et attentos praebeatis.

Genus patrum Sigismundi a Casimiro est Vladislai Jagello-
nis filio. Nemo est autem sic hospes in Polonia ac in toto fere
septemtrione cui non sit auditum de Jagellonum familia quae ia
supra centum et quinquaginta annos apud nos regnat a vetustis
Lituanorum ducibus ducens originem. Cuius princeps Jagello
cui Wladislao nomen bono veroq; omine quasi qui gloria potens
esset maiores nostri indiderunt. Huius autem annus tertius Sigismunde
Auguste proavus cum Lituaniae et magna partis Russiae domina-
tu potiretur expetitus a Polonis est ad regnum una cum coniugio religi-
osissimae virginis Hedwigis demortui Ludovici regis Vngarorum et
Polonorum filiae repudiatis quibusdam aliis procis accitus religioni
Christianae se se et cuncta simul Lituana addixit: ditionesq;
suas omnes Poloniae foedere sempiterno adiunxit: in cuius curanda
et a prodigiosis daemonum superstitionibus ad veri Dei cultum
conuertenda gente sua agresti et barbara permultum laboris
operae sumptusq; impendit. Nec indecorum sibi duxit praepotens
rex doctoris et Apostoli munere fungi apud rudem et vilem ple-
beculam cum nostri sacerdotes eius linguae penitus essent imperiti.
In Bohemis quoq; ad sanitatem priscamq; religionem a multi-
plici errore quo se auctore Joanne Husso implicuerant revocan-
dis non parum operae sumpsit: cumq; pertinaciores eos esse ani-
maduertisset regnum ab eis delatum repudiauit. Silesios quosdam
et Russos duces domuit. Cruciferos Germanos non modo
Lithuaniae inhibentes verum etiam Poloniae ipsam parentem et

lamantes
ſuam crudeliter & nupiæ ~~lacrumantes~~ clariſſimis aliquot victoriis
repreſſit: Victis fractisq; pacem aquis conditionibus dedit.
Erat cui ſingulari lenitate et manſuetudine ad remittendas offen-
ſas perfacilis et ſupra modu credulus: quippe qui fallere ne-
minem ipſe conſueuiſſet. Quo magis obnoxius et opportunus
fuit dolis et iniurijs cui Sigiſmundi Cæſaris tum Vitaÿdi
et Suitrigali proximoru ſuoru: de quibus erat bene me-
ritus. Per quos factu eſt ut ni adminiſtrando regno plus-
culu haberet negocii. Huic decrepita valde etate cu duo
de quinquaginta annos regnaſſet vita defuncto de duobus filijs
impuberibus quos e quarta uxore Sophia Ruſſa Kiouienſiu
Ducis filia ſuſceperat maior natu Wladiſlaus ni regno ſucceſſit
is qui Vngaroru quoq; regno ſuſcepto et profligatis ſum-
ma cu gloria aliquot Turcaru exercitibus cum pnis ad Ma-
cedoniæ deinde ad Thraciæ fines hoſti pacem petenti formi-
dabilis cu animoſiore quam validiore exercitu penetraſſet
apud Varnā inter conſertiſſimos hoſtes incautus dimicans
certa prope modu victoria pariter cum vita amiſit cu
rudecim ferme apud nos apud Vngaros vero non totas
quinq; annos regnaſſet. Poſt hunc Caſimirus natu minor frater
tunc Sigiſmundo Auguſto annus regnu hoc ſuſcepit: cui pernu-
ſtata a Tartaris C tametſi profligatis ſemel atq; iteru) Po-
dolia et Ruſſia. Et amiſſus per defectionem ad Moſchos do-
minatus Seuerienſis ac domeſtici motus ſeu verius offenſæ
voluntates multoru. propterea q; Lituanis pluſculu ni dulgeret
malis q; conſultoribus uteretur non pariu de paterna felici-
tate detraxere. Pruſſia tamen et Pomeraniā per deditionem
recepit. Cruciferis fœderu non tenacibus poſt tredecim annoru
bellu ſupplicibus. Et iureiurando in verba ſua et poſteru-
rum ſuoru regum Polonia adactis relicta parte Pruſſiæ pa-
cem dedit. Valachoru Palatinu bellicoſiſſimu Stephanu
ni clientelam accepit et ni conſilio ſuo locoq; dedit ac magno

ci ad profligandos Turcas adiumento fuit. Cum Vngaris et Bohemis varie Marte bella gessit. Filios sex. et septem filias ex Elisabetha Alberti Cesaris filia Ladislai Vngarorum & bohemorum regis sorore femina honestissima et religiosissima suscepit Wladislaum natu maximum Boemis Cazimirum ac deinde Joannem Albertum Vngaris reges dedit. Sed utroq3 hoc discessione partum de certo Vngaria quoq3 Wladislaus obtinuit. de quo nati. Ludouicus quidem filius bimulus uiuente patre coronatus. cum ei exacta etate mortuo in utroq3 regno successisset. iuuenis admodum Turcico bello ante uum et uiginti annos apud Mohatum miserabiliter periit. Anna vero filia cum Ferdinando Cesare. qui post Ludouicum apud Vngaros et Bohemos regnat. nupta tribus filiis preclare indolis et nouem filiabus superstitibus relictis. anno ab huius altero parturiens diem clausit extremum. De supra memoratis vero duobus filiis Cazimiri regis. Cazimirus quidem iuuenis castissimus atq3 religiosissimus in Lituania immatura morte obiit non sine celebri sanctimonie fama quam complura miracula ad sepulchrum eius edita confirmarunt: Joannes Albertus post patrem octo et amplius. deinde hunc secutus Alexander quinq3 annos regnarunt: Ille quidem maximi animi. sed ante susceptum regnum quam regnans felicior: hic a Moschis apud Vedrusios victus eosdem apud Oposcam. Tartaros vero Tauricos apud Cleciow paucis ante mortem diebus insignibus prelijs profligauit: uterq3 extincti propere. crede ut digniori cederent. Post hos Sigismundus hic noster natus est. hunc secutus Fridericus sacris initiatus Archiepiscopus Gnesnen. simulq3 Episcopus Cracouien et Sacre Romane Ecclesie presbiter Cardinalis fuit. Porro filiarum Cazimiri duæ immature mortuæ. Hedwigis Georgio Duci Bauarorum: Sophia friderico Marchioni Brandeburgen. Anna Boguslao Pomeranorum. Barbara Georgio Saxonum

Elisabetha vero patre mortuo Friderico Legnicensiu et Bra-
gensiu Ducibus matrimonio iuncta fuere. et omnem pene
Germaniā affinitatibus et propinquitatibus illustriu vi-
roru et mulieru quas enumerare per longu esset nobis
deniuxere. Sed ad institutu nostru reuertamur. Hoc igitur
Sigismundi genus complurib⁹ quemadmodu videtis cla-
ris principib⁹ ac regibus facundu fuit. Atq; is ab in-
cunte primu puericia una cu alijs fratribus ab bones-
tissima & religiosissima matre sancte ac temperanter
educatus. et a preceptoribus viris eruditis bonis grauī-
bus. et piis ad virtutem in primis et pietatem cultuq;
diuinu institutus. in litteris quoq; non contemnendos pro-
gressus fecit. ita vt latine scribentes & loquentes sine in-
terprete intelligerent. nec incommode ipse ea lingua vtere-
tur. Germanica vero cui⁹ propter finitimos atq; etiā
nicolas Germanos. non exiguus est vsus. apud nos
exactius didicit. Porro in diuinis scripturis ita fuit exerci-
tatus. vt multa inde senior meminisset. ac sepe cas in ore
haberet. non ad scurrilem iocu aut ad curiosa disceptā-
tionem vt nunc improbus. ne dica impius mos uiolenit
sed serio et ad moderandas actiones vitamq; omnem. Eoq;
timorem Dei iustitia et virtutem maxime semper pre
oculis habuit. Permultu cui refert quibus rebus qui ab in
cunte etate assuefactus fuerit. Nec scio an ad vita
sic vel sic degenda longe plus faciat quo modo quis a puero
educatus et institutus quasi modo natus sit esset. Solent enim
plerunq; etiam bone et generose indoles prana atq; adeo
negligentiore quoq; educationē deprauari. viciosa vero na-
tura sepe bona educatio corrigit. Sic igitur educatus
Sigismundus. adolescens singulari indole. modestia. comi-
tate grauitate et industria que res maxime etatem
illa commendant. magna sibi non modo nostrorū hominū

sed etiam externorū Vngarorū nquam Bohemorū Silesiorū et Germanorū cum quibus vixit benevolentia adiunxit. Nam cū regnante Joanne Alberto fratre post ~~patrē~~ patrem inuenis in Vngariā ad Wladislaū alterū fratrem se contulisset ibi ea dignatione fuit vt Vngari et Bohemi magis eū prope modū quam Regem suū reuerezentur: per eū quæ cuperent publice et prīatim a rege peterent eius authoritati et iudicio libenter starent vsqz adeo maiorem vim habet ad tenendos in officio etiam feroces homines equitatis gravitatis constantiæ et sapientiæ opinio, quā regiū sceptrū quā etiam carcer bonorū confiscatio proscriptio demqz virgæ et secures. Itaqz magno omniū fauore Glogouiensem et Opauiensem dominatū et summā vtriusqz Silesiæ præfecturā a Wladislao fratre obtinuit. Adeoqz charus ac venerandus fuit Silesiis vt hodie eius etiā nūperiū grata et iucunda memoria prosequantur. Quid illud non ne nigens est bonæ existimationis et benevolentiæ hominū erga eū documentū? quod cū regnaret iam in Polonia a Suetis post eiectū Christiernū Regem, et item ab Hungaris et Bohemis post miserabilem Ludouici fratris filii interitū, vt illa quoqz regna susciperet expetitus est. Neqz deterrebat Suetios tanta terræ marisqz intercapedo, quanta a nobis disiungūtur ac nec Vngaros quidem et Bohemos pacta Conventa cū Maximiliani Cesaris liberis aut Caroli et Ferdinandi maximorū Principū potentia si Sigismundus delatū sibi regnū suscipere voluisset. Apud suos vero quā gratiosus fuerit vel illud per magno argumento est q̄ Joanne Alberto rege mortuo prælatus fuisset procul dubio in regno maiori natu fratri Alexandro cunctorū suffragiis nisi plus pudicæ quies atqz tranquillitas, et vetusta cū Lituanis quos ad Alexander ditione tenebat, fœdera valuissent. Jam vero quantū

ci honorem summi quiq; Principes habuerint, recita quæso mecum paulisper in memoriam. Primum enim Maximilianus Cæsar non minoris animi quam prudentiæ princeps, dum hostis accerimus post celebrem illum congressum Viennensem eo ipsum honore prosequutus, ea charitate complexus est, vt in loco fratris dilectus cum haberet cuius gratia fœdus cum Basilio magno Moscorum duce ictum respueret, ac non modo non defenderet contra Sigismundum Cruciferos in Prussia quos defendendos susceperat, verum etiam auxilia illi contra illos, si quid noui moliretur, suo nepotumq; suorum nomine promitteret. Qua de re extat apud nos diploma eius. Huius vero Nepos Carolus, qui nunc late et feliciter imperat, non minus hunc Sigismundo honorem habuit, vt nobilitate ducæ Regiæ Bonæ vxori eius coniunctissimæ, Barensem Principatum, quem post obitum matris eius in potestatem suam redegerat, redderet? ipsum societate sua et aureo vellere vltro dignaretur, sæpe honorificentissime eius mentionem faceret? neq; vnquam Cruciferis et aliis Germanis bellum contra eum flagitantibus indulgeret? Adest hic vir clarissimus Stanislaus Lasonius patauinus Siradiæ, Sandita pridem apud illum potentissimum Imperatorem Legatione functus est. Adsunt item viri præstantes Petrus Opalenius Castellanus Gnesnen. Stanislaus Borgius Decanus Cracouien. Nicolaus Misehonius Regiæ Mensæ structor: vellem adesset etiam vir eruditissimus Ioannes Dantiscus Episcopus Varmien. qui omnes idem munus apud eundem Imperatorem cum laude superioribus temporibus obierunt. Ex his cuiq; licet discere, quantopere ille princeps maximus et grauissimus Sigismundum Regem obseruarit. Quid frater eius Ferdinandus Cæsar et Rex potentissimus? nonne plurimum eum, et amauit et coluit? nonne eius arbitrio controuersiam suam cum Ioanne Rege de Regno Vngarorum permisit? Non dico? quibus verbis et rebus præterea

ſxpenumero idem rex quanti Sigiſmundū faceret declarauit
Poſſem autem non vano rumore accepta referre, ſed quæ cū
de grauibus viris accepi, tum ipſe explorata habeo, cū nuper
ad illū te rex Sigiſmunde Auguſte cū Nicolao Radiuilo viro
illuſtri et acuto Lituaniæ ſummo Marſchalco miſſus eſſem.
Ne illud quidem commemoro quanto animi dolore idem nuper
Sigiſmundi noſtri mortem proſequutus, quantoq; ſtudio pariter
et apparatu exequias ei ni maximas principū Germaniæ ce-
lebritatem feciſſe dicitur. Vt autem et Gallorū regem Francis-
cū qui anno ſuperiore deceſſit, Iulium ſecundū, Leonem decimū
Clementem ſeptimū, et hunc, qui nunc præſidet ſapientiſſimum Lau-
rentium tertium, Pontifices maximos præterea, quorum illuſtria habiti
huic regi honoris documenta commemorare poſſem: vt magno-
rum item et grauium quorundā Germaniæ principū per honorifica
de ipſo elogia, quæ ipſe his auribus audiui nuper, omitta.
Barbari nonne cum præ cæteris regibus et monarchis reuere-
ri ſunt? Quo cū rege cultior et populoſior fuit Ruſſia et Po-
dolia? Hoc eſt, quo rege quietiores fuere Tartari, prædis
et rapto alioqui uiuere ſoliti? Quid ego dicā de Turcis?
qui felicitate ſua elati, omnes homines atq; gentes præ ſe con-
temnunt? an non Solimānus bellicoſiſſimus et felici ſſimus
eorū Imperator, cū eo perpetuū fœdus percuſſit, et religioſe
colit? negare id aliis poſtulantibus, aut ad tempus modo
concedere, nec admodū ſuperſticioſe ſeruare ſolitus. An non
Valachis ac Tartaris vectigalibus ſuis ne Sigiſmundi regis
ditiones infeſtarent edixit? An non idem huic etiā cum
filio Sigiſmundo Auguſto per Petrū Opalenū et Ioannem Ocz-
ſiū Caſtellanū Biecenſem viros ornatos, pacem et amicitiā
in gratiā patris promiſit? An non eiuſdem nutu, filiā eius
Iſabellā Reginā viduā, nepotemq; hactenus incolumes eſſe
barbarus tirannus paſſus eſt? qui ne ad Valachiā quidem
adſpirāſſet, niſi cū intempeſtiue, ne quid aliud dicā diſſenſiones

nostræ animassent. Quid Selimus Solimanni huius pater ferox et in patrem etiã suu impius, an non Sigismundi amicitiã splendida legatione olim expetiuit? Nimirũ admirabantur in eo cuncti virtutem, grauitatem et constantiã singularem: reuerebantur etiã non nihil eius felicitatem. Quis enim tot annorũ spacio in tanta orbis terrarũ perturbatione felicius eo regnauit? quis regnũ superiorũ regũ infelicitate diuexatũ ac deformatũ, aut pacatius administrauit et retinuit, aut florentius et opulentius reliquit? quis tot ac tam difficilia bella tam secunda fortuna tantaq; celeritate confecit? Commemorantur a ueteribus scriptoribus Cirus Persarũ. Alexander Macedonũ Mithridates Ponti. Carolus magnus Germanorũ. maximi et fortunatissimi reges: Celebrantur Alcibiades. Conon. Themistocles. atq; Thimotheus Atheniensiũ. Agesilaus. Lysander Lacedæmoniorũ Pelopidas et Epaminondas Thebanorũ Annibal et Asdrubal Carthaginiensiũ. Romanorũ vero, vt multos omitta Fabii Scipiones. L. Lucullus. Qu. Pompeius. et C. Cæsar clarissimi duces et Imperatores. Ne nostrorũ quidem Boleslaorũ et Wladislaorũ obscura est gloria. Verũtilli omnes partim cum imbellibus populis rem habuerunt. partim bello felices. ceteris rebus infortunati fuerunt. partim dubibus victorias propemodũ adæquarunt. partim etiã aliquousq; a fortuna cuncti in medio cursu destituti. et ad extremũ casus eiusdem procellis obruti sunt. At Sigismundũ nostrũ ab initio ad finem vsq; secundo flatu fortuna prosequuta est. Cum quibus vero bella is gessit? Nempe cũ potentissimis Moschis. ferocissimis Tartaris. acerrimis Valachis. fortissimis Germanis // Turcis denicq; rei ipsa victoriarũ perpetuitate formidabilibus. quarũ gentiũ validos exercitus. vel insignibus præliis vicit et profligauit atq; adeo delenit etiã. vel castris exuit. vel denicq; earũ regiones earũ nupnc vastauit. quasdam etiã domuit. Atq;

vt

Atqꝫ vt a Tartaris perpetuis nostris hostibus incipiam.
Sorew quidem non contemnendos tres exercatus apud ſluſew Sluzkö
tribus prelijs duce Constantino de Ostrog, principe omnium
seculorum memoria dignissimo ad interneccionem pene
cecidit Deinde apud Visnoueczi viginti quatuor millia
ex se per Russiã populabunda diffundisset, sexies fusa le-
gibus et particularibus prelijs ad extremum tota acie
in abeuntes facto impetu Nicolao Camenecio palatino Cra-
couiensi et eodem Constantino Ducibus profligauit, cum nostri
sex millium equitum numerum non excederent, de quibus vix
centum eo prelio desiderati sunt. Hostium vero multo minor
pars pernici fuga euasit. In Valachia quoqꝫ ante multos
annos a Bogdano palatino huius regis auspicijs et armis
idem hostes graui prelio victi sunt. Ne illæ quidem ignobiles
victoriæ sunt, quæ apud Voronouiam Joanne Camenecio
apud Busew Stanislao Lanscorono, apud Trikouiam arcem
Jacobo Senicignonio, atqꝫ iterum palatino Kioniensi, in Voly-
nia Constantino et Ostapheo terr. apud Ossacouiam hostilem ar-
cem eodem Ostapheo et Praedislao Lanscorono Ducibus et
quæ in Podolia Trebinii, quæqꝫ apud Camenecia et Vere-
statium pagum et compluribus aliis in locis Nicolai Senauii
viri fortis et magnanimi, qui nunc palatinus Belsew est
ductu et fratrum eius Alexandri et Procopii, ac Bernardi
Praefecti Silesii opera partę sunt. Nam leuiora cum his
apud Trebowla, Podhaicia, Medibozum, et multis aliis in
locis prospere item gesta certamina, sæcus volensqꝫ præter-
eo, ne sim longior. Tot enim fere sunt quot excursiones
ea gens rapacissima et famelica, vt, vel e flamma quod
dicitur cibum petere solita, in ditiones eius ipso regnante
fecit. Perraro cum impune id abstulit. Quid illa apud Ca-
nionia in Lituania ante annum et viginti annos nonne
omnibus seculis est memorabilis victoria, qua viginti

ſex millia Tartarorū eodem illo Conſtantino Duce parua manu profligata ſunt. Cum Turcis nullū hic ex apertè bellū geſſit. ſed tamen aduerſus eos vel cū Tartaris inter-mixti e Podolia prædas agerent. vel Valachis opem ferret vel denigz noſtros circa Bialogrodū quod et Moncaſtrū vo-cant populabundos inſequerentur. cū ab aliis tū a Vrediſlao Lanſkoronio Regis huius auſpiciis proſpere dimicatū eſt. Bis contra eoſdem in Vngariā Ludouico Regi miſſa auxilia quo quidem vtroqz tempore vtriq; primū quidem viro illuſtri et incomparabili Joanni Tarnouio cæteris copiarū ductori poſterius vero Cnoimio obtemperatū eſſet. Vterqz Turcica arma viresqz periclitantis erat in Podolia. cū illi inde irritati a noſtris aliquoties prædas egiſſent. Sed magis co-mes Tarnouius. cuius præclara virtus enituit. quo tem-pore Turcæ ad tredecim millia Podoliā et Ruſſiā ad Leo-polim vſqz et fines Vngariæ ferro igniqz vaſtantes. tria millia plus minus de ſuis particularibus prælijs aliquot fuſi amiſere. Quod ſi idem robur animi fuiſſet in eo penes quem tunc erat militare imperium. potuerat exercitus ille cunctus deleri. Tacco duodecim millia Turcarū in Auſtria ante quindecim niſi fallor annos. noſtratiū treū millium opera et virtute imprimis pene ad internecionem deleta. Nam ij tunc quamuis Sigiſmundo regnante. tamen non publice. neqz Sigiſmundi auſpicijs. ſed Caroli Cæſaris et Germanorū ſtipen-diis militarunt. Jam Valachos dolis atqz artibus vſitatis fractos et clade noſtrorū Joanne Alberto regnante apud Buco-uinā ſilua accepta. Turcarumqz ac Tartarorū auxiliis tumultū quanta non modo felicitate verū etiam celeritate vicit ac domuit. cæſisqz eorū copijs. vaſtatis longe lateqz agris ſenatu pene omni capto. Bogdanū regulū gentis. quem Vainodū et palatinū vocant. reſtituentem prædā quam paulo ante in Ruſſia ceperat. in verba ſua iurare cogit, et

amissa maiorum suorum culpa Locutia ab eo recepit. Nostra
vero memoria cum Petrus Palatinus rebellasset. Locutia iterum
rursus minasset primum sex millia hostium apud Guosdeciam
arcem ac mox viginti duo millia apud Obertinum pagum vix
a quatuor millibus nostrorum duce Soc Joanne comite Tar-
nouio viro clarissimo et primario bellatore misigui et im-
pinata clade profligata sunt. excepta cum bombardis cetera
impedimenta. Palatinus ipse saucius vix fuga euasit
Nec tamen ad officium rediit. donec postea in deditionem Socinum
obsessus et ad extrema redactus solenne vinculum procerum
et cuncta nobilitate sua regi iusiurandum dedit. Porro cum
Germanis Prussiam sibi vendicantibus quo tempore tu Sigis-
munde Auguste natus es. bellatum quidem varie. sed nunquam
nisi prospere dimicatum est. Nempe ad Prusmarum. Teburgam
Gutestadium Brunsbergam. Reslam. et Rastenburgam a Ja-
cobo Sencignouio. apud Lissiam a Stanislao Masouiorum duce in
finibus Varmiensium nauali prelio a Gedanensibus. bis apud Barten-
sternam sepius a Vradislao Lanscoronio et Joanne Zazemba
palatino Calissiensium multis in locis. apud Heilsbergam ab Alexan-
dro Slouio. Gedani et Elbingae cum eas vrbes adorti essent. a
Cuiibus fusi et profligati. ad extremum tot cladibus et nuadia
vigiliis. et nigri nostrorum equitum vexatione fracti et ad paucos
redacti Prussia excessere Quid ego de Moschis loquar? qui
vel precipua gloriae et victoriarum materia huic regi prebuere?
X Apud Poloscum olim quidem septem millia hostium equitum a Joanne Bora-
tinio viro acri et animoso interfecta. Deinde vero tredecimo ab
huic anno. cum ij Lithuaniam non amplius decem et octo millia
viis a Vilna Metropoli hiberna excursione depopulati re-
verterentur. mille extremi agminis quos solos Lithuana
nobilitas. cum aulico regis comitatu tumultuarie accurrens
assequi potuit. trucidati Superiori etiam quoda tempore in
interiorem Lithuaniam praedabundi magnum suorum numerum

et predam quam abigebant. Lithuanis insequentibus amisere
iam apud Starodubu Radogostia, et apud Smolensco aliquotiens
ante tredecim annos ductu Georgii Radiuili Castellani Vil:
nen non sine magnis cladibus profligati. Apud Orsam vero cu
primu Sigismundus regnare cepisset ne expectare quidem
nostros, du Boristenem tranarent sustinere experti vim
coru in vna et altera turma que primo impetu incredi:
bili audacia traiecerant. Verum dilapsi cu vastari sua vltra
Vesmam etiam atqz Drohobusu cernerent. demu coadunati ad
centu millia. ne adoriri quidem ter mille nostros mercena:
rios milites cu paucis Lithuanis longius a castris regiis ad
Smolensco positis progressos ausi sunt. magnis vero inconmo:
dis affecti Mosiro. Turonio et aliis quibusda munitionibus quas
dudu Michael Glinscius ad eos perfugiens intercepera. com:
mutatisqz captiuis quinquaginta nobilioribus ac Senatorii
ordinis quos de Lituanis Alexandro rege victo apud Vedrusos
experant pacem accepere. Nec maiore ii fuere fiducia longe
post. cum Radogostia ac deinde Joanne Tarnouio nostros du:
cente Homia et Starodubu arces a nostris partim vi captas
partim in deditionem acceptas amisere et Starodubu qui:
dem cu amplius quindecim millibus armatoru, qui fuerunt
in eius arcis presidio: qui soli numeru nostroru longe supera:
bant. virtute perpaucoru militu nostroru et sulfurati pul:
veris, ignisqz adiumento expugnatu et euersu. Neqz vero
ij tanto temporis hoc est plusquam viginti annoru interuallo
quantu inter Orsensem pugna, de qua iam dica, et hoc extre:
mu Starodubense bellu intercessit. abiectos semel spiritus re:
cipere potuere. Orsensem vero illa celeberrima, et cu omnibus
fere ommu gentiu atqz seculoru victoriis comparanda victo:
ria, quid hic pluribus commemorare attinet? Eadem opera
soli lumen adderem. Quis enim est qui nesciat illo prelio Constan:
tino Ostrorogio principe et Joanne Swirsouio ducibus octoginta

millia Moschorum bellatorum qui omnem nostrum exercitum non mo-
do proterrere posse videbantur verum etiam Boristhenem
tranare passi pecudum in modum flagris abigere in Moschouia
destinarant ingenti strage interfecta esse ita vt desideratorum
numerus ad quadraginta fere millia peruenisse vel certe
duo et triginta millia superasse dicatur ductores eius exerci-
tus viros illustres omnemque senatum gentis et supra quattuor
millia captiuos viuos in potestatem venisse direpta castra
opulentissima: ducem ipsum Basilium bellatorem exercitatum
et contra Tartaros et alias gentes finitimas victoriosum vsque
ad regiam suam Mosquam profugisse atque ibi amplius centum
et viginti miliaribus bene longis a loco conflictus tamen vix
tuto se subsistere posse credidisse. Tantus vero tunc pauor
Moschorum animos occuparat vt Smolenscum Seuerum Nouogrodum
et complures alias munitiones quas fere fraude et perfidia
Russorum partim hoc ipso rege regnante partim superio-
ribus temporibus in potestatem hostium venerant desertas
tunc ac vacuas defensoribus nullo negotio recuperare nostri
potuerint si prosequi statim victoriam per tempus anni quiuissent
Atque haec quidem sunt bellica huius regis decora precipua
(nam leuiora multa praetereo ne auxie et minutatim cuncta
exquirere et persequi videar) Quae quidem hoc sunt admi-
rabiliora quo magis inopinata: vt pote in summa rerum pa-
cia et pleraque omnia longe impares viribus gesta ita vt
bene cum nostris agi videretur quoties non plus hostium duplo
multitudo excederet. Has tot ac tantas victorias tanta impe-
ritate copiarum quaesitas nichil mirum est vt est verum Summa
namque conditio varia et instabilis si quae clades interpola-
runt. Sed quotum et quantula sunt ea? Vna apud Socalum
a Tartaris temeritate Russica nobilitatis accepta vbi
quattuor fortasse millia nostrorum a quadraginta millibus
Tartarorum loci opportunitate vsorum defatigata verius quam
superata non minorem hostibus victoriam concesserunt mei
mille ducenti desiderati. Barbarorum vero caesa quatuor millia
vtique raptim hi cum praeda quam primum victores relicerunt, altera apud
Serethum amnem, cum per pauci mei in hostico palantes a Valachis
circumfusi, oppressi sunt, vbi tamen non plures ducentis mei
perierunt, nam cum pernoctata longe late[que] circum Ysconiam sue
plesconia Moschouia, ab oppugnatione oppositi a valido hostium
praesidio reiectissimus ignominia illa verius quam clades sint

quam clades fuit ductorum inscitia et iniuria C nolo dicere
iuamq; D accepta Amissa vero magna pars Albæ Russiæ
Michaelis Glinscii hominis ambitiosi et Alexandri Regis gracia
inflati proditioni et Russorum praesidiariorum militum perfidiæ
imputanda est Porro apud Otakouiam cum vir in primis strenu-
mus Nicolaus Scuarnus co vsq; cum mille opmor equiti-
bus prudato consilio populabundus excurrisset prudata
illa non publica clades fuit credulitate eius et perfidia Tar-
tarorum contracta Hæc sunt iniuersæ clades quas Sigismundo
regnante accepimus quæ omnes una aliqua ex his quas su-
periis percurrimus victoriis abunde expiatæ et compensatæ
sunt nec scio an quasi nouli quidam formosum corpus vel nube-
cula meridianum solem tot illas clarissimas victorias illu-
striores reddiderit Bello ne autem tantum clarus an etiam pace
Sigismundus fuit? imo vero pace quam semper expetiuit
clarissimus Testantur id tantæ opes et facultates hominum
nostrorum tam opulenta cum exterris cómercia tantus splen-
dor ne dicam luxus tanta elegantia cum in ædificiis et vi-
ctu cultuq; corporis tum in sermone et moribus quanta nun-
quam ante hunc Regem in Polonia fuit loquuntur leges diligen-
tius aliquanto conscriptæ clamant tot arces instauratæ tot
exornata templa Dei Opt. Max. tam splendide et magni-
fice exædificata publicis mixta ac prudatis ædificiis Cra-
couia Posnania Leopolis Varsouia Lublinum Gedanum et
alia quædam vrbes atq; emporia tam denique culta et ha-
bitata Russia Prussia Lithuania et Podolia quæ regio-
nes antea siluestres et incultæ aut superiorum temporum
conditione desertæ magna ex parte iacuerant Quid ego
prudatos Sigismundi thesauros et ærarium sine vlla cuius-
quam iniuria in extremos Reipub. vsus asseruatum? quid
tot ac tantas possessiones a maioribus eius oppignoratas
ab hoc vero redemptas commemorem? Hæc eo sunt ma-

maiora et magis honorifica quo factus fuit ac defor-
mius quosdã ante cum reges quotidianis ꝑ sumptibus mtꝛ2dum defectos
esse interdũ. Jam vero non minima est et illa felicitatis accessio
q̃ eo regnante Zatoziew ditio et Masouia post quadringentesi-
mũ fere annũ ad corpus et compagem Polonie reducerunt.
Prussia recusatũ diu et aliquotics excussũ iugũ accepit. Po-
meranii Stolpen̄ ad intermissã aliquandiu huius regni societa-
tem et clientelam iureiurando adacti renouere Jn qua tamen
nostra coniunctia non diu permanserc. Porro in commemo-
randis coniugiis et liberis qua non exigua felicitatis
humanæ pars est diutius me immorari necesse non est
Permulti sunt in hoc ordine qui priorem eius uxorem Barbarã
Stephani comitis Scepusien̄ ac Transiluanien̄ Palatini cui
ductu nonnunquã cũ Turcis Vngari fortiter dimicarunt. fi-
liã postea Joannis regis Vngarorũ sororem fœminã sanctis-
simã et pientissimã nouerunt quæ quidem maximã illam
Orsensem de Moschis victoriã assiduis diurnis ac nocturnis
precibus cũ lachrimis et profusa in egenos beneficentia
aspexioꝛq̃ cultu corporꝭ et remiꝭ communibꝰ a Deo im-
petrasse existimata est. Quæ qua communione cũ viro vi-
xerit magno et longo mœrore et vberi fletu ac pene
muliebri eulatu post mortem eius indulgentissimus rex
testatus est. hac immaturæ nitra tertiũ annũ amissa al-
teram suasu Maximiliani Cæsaris duxit Bonã Sphortiã Joannis
Galeatii Sphortiæ Mediolanensiũ ducis et Isabellæ Aragoniæ
filiã. cuius auus maternus Alfonsus eius nominis secundus
Neapolitanorũ Rex et strenuus Aragonioꝝ ac Siculorũ regum
de qua Carolus quoq̃ et Ferdinandus summi Monarchæ materni
genus dicunt antiquitate et sua virtute fuit clarissimus Pa-
ternus vero proauus Franciscus Sphortia Sphortiæ qui pri-
mus cam familiã rebus magnis gestis fundauit filius cũ plu-
rima et grauissima bella cũ maximis principibus potentissimis

populis et prestantissimis bellatoribus per omnem Italiā pro-
spere gessisset nominisq; sui gloria ac terrore eam implesset
a Philippo Maria Mediolanensium duce Blancę Mariæ filiæ
conjugio dotaliq; Mediolanensium principatu dignatus est. Hoc
igitur tali genere prognata Bonam alteram uxorem Si-
gismundus rex accepit. De qua quoniā presens adest, gra-
vi dolore et mœrore amissi dulcissimi mariti, quemadmodū
cernitis prostrata, nichil dicam amplius nisi q; triginta ferme
annos cum eo nupta, tanti ea fecit maritū regem, vt his ex-
tremis aliquot annis ægrotantem et viribus plane destitutū
non conjugali charitate, sed ancillari plane ministerio sine
omni fastidio curaret. Quo factū est vt plurimū ei vicissim
Rex amantissimus indulgeret. Harū vero duarū uxorū e Bar-
bara quidem Heduigim filiā susceptā fœminā lectissimā Joachi-
mo Marchioni Brandeburgen' electori Romani Imperii ma-
trimonio junxit et nepotibus ex ea vnicus adhuc auctus
est. E bona vero maxima natu filiā Isabellā fœminā ex-
celso et regio animo preditā Joannī regi Vngarorū affini
iam prius suo nuptui tradidit, nepotemq; ex ea regia
quemadmodū fertur indole puerū suscepit, qua mulier
complures iam annos post mariti mortem in præcipua
lacerti et afflicti regni parte regnat. Reliquas vero tres
Sophiā, Annā, et Catharinā virgines spectatissimas ma-
gnorūq; Regū connubiis dignas quas hic dolore immaturæ
amissi patris miserabiliter lamentantes et humi abiectas vi-
detis clocarii ipsi: ita vt optabat, datū non est. Filius vero
vnicus hic Sigismundus Augustus puer etiam duodecimū
agens annū paterno regno, ipsius operæ studioq; ante decem
et octo annos inaugurcatus, post innuptis factus uxorem
accepit voluntate patris Elisabethā Ferdinandi Cesaris
et Vngarorū, ac Bohemorū Regis, filiam natu maximā
In qua mulieris genus cū forma, forma cū comitate et

Et manſuetudine hac cum probitate probitas denique cum
pietate Cque ipſi patria virtus fuit Decertabat ita vt ne
ſcires quid in ea potiſſimum admirareris. Quae vtinam vi-
xiſſet diutius et editis ſoceris optatis ac ſui ſimilibus ne-
potibus felicitatem eius perfeciſſet tranquillitatemque hui⁹
regni ſtabiliuiſſet. Sed non merebantur haec opinor no-
ſtra ſcelera Nunc ad Sigiſmundum redeo. Nonne igitur
hoc ſingularis cuiuſdam felicitatis fuit. Rege patre pa-
truo auoque matre vero Cęſaris filia et magni Regis
ſorore ortum eſſe tres fratres et vnius ex his filium
reges vidiſſe regem et ipſum ſupra vnum et quadraginta
annos tranquille feliciterque regnaſſe ſummis principib⁹
venerabilem hoſtibus formidabilem exteris admirabile⁹
fuiſſe regnum legibus opibus edificiis humanitate ele-
gantia et gloria longe florentius quam acceperat reliquiſſe?
filiam regnum alteram vero regina non inferiorem et ex
his nepotes et neptes habuiſſe? filium denique regem ſecum
et poſt ſe feciſſe? morientem per magnum ſui deſiderium bonis
omnibus reliquiſſe? Nonne haec magnam ei praeclariſſima
et longe poſteritati memorabilia in hac vita contigerunt
Atque haec tamen plaeraque omnia externa ſunt bona: in qui-
bus fortuna plurimum ſibi vendicat ſed ab eo tamen ratio-
ne et conſilio moderata ſunt. Quid ego nunc formam et ſta-
turam eius robur cuiuſuis honeſti laboris patiens digni-
tatem oris dignamque vt ait poeta ſummus imperio fa-
ciem depingam? Quod ſi facere maxime velim non poſſum
Prius enim fere haec in eo aetate nigrauiſcente max-
eſcere caperunt quam ego in hanc lucem prodii. Sed
tamen permanſerunt in eo etiam affecta iam aetate non
obſcura earum rerum veſtigia. Roboris vero et virium eius
argumenta fracta inter manus non ſemel florentiore
aetate ferreae equorum ſolea, rupti funes canapei craſſi-

ores, intense manu balista, discerpti biseriarū cartarū
fasciculi, a maioribus natu, qui hec fieri ab eo viderunt
predicantur. atqz hec laudiora fortasse cuiquā videantur.
Illa quidem non postrema bonorū parte numeranda sunt
sanitas que ipsi perpetua fere ante extremā senectutem
fuit: integritas et solida compago membrorū que afflictas
morbo vires facile recuperabat. vigor sensuū qui ad extre-
mū vsqz cū non destituit firma melioribus presertim
annis memoria. demiqz acumen ingenii quo fratres maio-
resqz suos longo interuallo anteiuit. Sed et hec omnia vt
sint magis propria hominis qz illa superiora, tamen ad
corpus fere que deterior pars hominis est, pertinent
nec magna laude et admiratione digna sunt quippe cū
quibus nascamur quaeqz in potestate nostra non sunt, et
ingenuo cū seruis, vrbano cū rusticis, nobili cū plebeis
regi cum mediastinis et baiulis demiqz bono viro, cū
improbis communia sunt. Tametsi nec mutæ quidem pe-
cudes penitus horū bonorū expertes sunt. Quin plerāqz
in illis quā in nobis maiora et illustriora spectantur. vi-
ribus quidem ab vrsis et leonibus, agilitate a cervis et
bisontibus, longeuitate ab iisdem cervis, specie fortasse
ab equis et pauonibus, sanitate a piscib⁹, sensuū vigore
a lynceis aquilis, canibus et vulturibus, industria et
ingenio quodā modo ab elephantis vulpibus et apibus
sic aliis rebus ab aliis fortasse superamur. Cæterū in
animo vera hominis et propria laus est. Corpus enim par-
tim instrumentū, partim domicilium, partim etiā carcerem
et ergastulū animi sapientissimi homines esse voluerunt
Animum fere hominis appellatione dignati sunt. Qui vero mo-
lissime senserunt, partem quidem hominis sed longe deterio-
rem corpus dixerunt. In animo, omnem hominis excellentiā et
principatū collocarunt. Quocirca his que externa, quæqz

corporis bona dicuntur · ita obiter transcursis ad eas quæ
sunt propriæ hominis atq; adeo magni et excellentis Principis
laudes · transeamus · Quas dum quanta maxime brevi-
tate potuerimus persequimur · quæso · vt benigne et attente
quod fecistis adhuc audiatis · Virtutem summa animi atq;
adeo hominis perfectionem · quicunq; recte philosophati
sunt dixerunt · cuiusq; virtutis prudentiam fortitudinem tem-
perantiam atq; iustitiam · quatuor partes et quasi fontes
quosdam · unde officium et omnis honesta et laude digna actio
manaret esse voluerunt · Quænam ergo ex his in hoc
præstantissimo rege desiderata est ? Prudentia ne ? quæ
ex præteritis et præsentibus ea quæ deinceps eventura
sint colligit · causas rerum videt · recte de rebus iudicat sibi
suisq; in longum prospicit · impendentia mala sapienter
auertit At ea summa et admirabilis in eo fuit Argumento
est bene et cum approbatione cunctorum quod ei per ætatem
atq; morbum licuit administrata · et inter tot undiq; immi-
nentes hostes per tot annos nicolumis conseruata reſpub. ea
Nam quis sapientius eo · fuit ex legibus, ~~et moribus nostris~~ fuit ex moribus no-
stris · fuit ex æquo et bono Ius dixit · Nichil ei varietas
legum atq; morum quibus aliis equestris ordo aliis oppidani
aliis agrestes · deinde diuersis Polonis Lituani Masouii
Prussi Silesiiq; utuntur nichil diuersa et pugnantia nonnunq;
senatorum iudicia · quo minus Ius suum cuiq; tribueret perturba-
runt · Accidit interdum vt post dictas a senatu sententias
vltima ipsius · ab omnibus diuersa et tamen omnium esset æquis-
sima · Porro in consiliis de repub · nichil temere et inconsul-
te faciebat · cuncta ad publicam non partis aut ordinis hu[ius]
vel illius · sed omnium utilitatem referrens · fortunæ q; mini-
mum se se suaq; permittens · ac tota consilia lubentius
quæ calida et periculosa semper segnutus · Bella in quibus
fortuna plurimum dominatur nunquam appetiuit · nec si

necessario et grauj iniuria prouocatus suscepit, et ita quidē
vt ab illa Comici Loetæ sententia non discederet. Omnia prius
experiri verbis quā armis sapientem decet. Itaq; a quie-
tis consiliis nunquā ne inter media quidem arma et rebus
ad nutū fluentibus abhorruit. Regna a Suetiis Vngaris
et Bohemis, quemadmodū superius dixi, delata refutauit
ne se patriaq; suā nouis et periculosis bellis implicaret
Valachos subiugare, siue adeo exterminare, ob rupta crebro
fœdera cum posset noluit, ne vel illi desperatione adducti
Turcis se se dederent, vel redacta in prouinciæ formā
Valachia et amoto quasi obice ipse difficillimū cū potentis-
simis Turcarū Tirannis bellū de finibus gerere cogeret.
Non quod a pia contra barbaros ac deuotos Christiani nominis
hostes expeditione penitus abhorreret, sed quod suas illorū-
q; vires iusta lance metiretur. Sic enī iudicabat neq; sanū
esse, neq; vnius planè cuiusquā Principis tam validū ho-
stem, qui Asiæ, Africæ, Europæq; magnā partem ditione
teneret, florentissimū Græciæ Imperiū euertisset, Caramanā-
nos, Cilicas, Syros, Ægyptios et nescio quas præterea gentes
vna æstate subiugasset, deniq; latissimè dominanti Persarū
regi grauis esset debellare. Coniungenda esse Christianis
Principibus arma, si hostem illū a cervicibus suis vellent
depellere. Cum ergo animaduerteret cæteros Principes
fœdalibus odiis inter se dīgladiari, ac totū pene orbem
Christianū, plusquā ciuilibus bellis ardere, omni honesta ra-
tione semper Turcicū bellū declinauit, et Ludouico fratris
filio Vngarorū et Bohemorū regi sedulo idem suasit: qui
iuuenis si patrui, quā ferociorū quorundā consiliariorū
suorū consiliis obtemperare maluisset, oblatāq; a Turcis
pacem accepisset, seu verius ipsis expetita dedisset, vi-
veret fortassis adhuc, neq; munitissimū Christianorū re-
gnorū propugnaculū, Vngariā secum vna perdidisset.

Hæc

Hæc sane fuit causa cur apud pientissimu' et Christianissimu'
Regem Sigismundu' nichil valuerunt Julii secundi Leonis
decimi Adriani sexti et Clementis septimi pontificu' maxi-
moru' preces et exhortationes ad suscipiendu' contra Tur-
cas bellu' incitantiu'. Optabat quidem sapientissimus Rex
tempus illud cu' Christiani principes restrictis nuptiis
nis bellis reconciliatisq; inter se animis ad inferendu' Tur-
cis bellu' conspirarent pluzimu'q; ni id operæ laboriq; et
sumptui impendit. Fuit quando cu' Maximiliano Cæsare
congressus est fuit cu' missis non semel ad dissidentes prin-
cipes et ad pontifices maximos veluti præsides et modera-
tores Reipub. Christianæ legationibus accurate ac dili-
genter ea de re egit Et cu' initio nonnulla eius rei spes
affulsisset non nisi annuas inducias Baiazeti Solimanni
huius auo petenti dare voluit Ea vero spe frustratus sæpe
diuinauit nunqua' id se vuiente euenturu' esse, ut Christiani
Principes aduersus cómunem illu' hostem vires coniungerent
Intelligebat enim quonsq; nonnullaru' nationu' mutua inter
ipsas odia processissent: nec deforet Turcis quos a cæteroru'
consensu ad impediendos pios conatus accerent. Quid illud?
cum Principes Christiani complures quos nominare ne-
cesse non est, sub Clemente Pontifice, ni suu' fœdus contra
Carolu' Cæsarem partim inuidentia felicitatis eius par-
tim potentiæ metu mitu' pertrahere cu' non potuerunt?
aut cu' nuper primarii Germaniæ principes affines fe-
re ipsius et præpotens illa tot opulentoru' populoru'
contra eundem Imperatorem et fratrem eius conspira-
tio pellicere cu' ni societatem sua' nequiit ne catenus
quidem ut vel pecunia non nichil mutuo daret affinibus
et cognatis vel conatus illos tacite approbaret vel de-
nigz ne suos homines stipendiis eoru' militare prohibe-
ret? Cui tamen rei non leuem ei excusationem dabat

apud Cesares libertas et institutа nostra. Non modo autem nihil eorum fecit sed etiam disuadere conatus illos et pacificatorem se se interponere conatus est. Atq; vtinam ei obsecundatum esset, non tam vasta quibusdam locis neq; tam exhausta passim esset pecuniis iuxta ac viris Germania et liberi adhuc principes quidam retinerent dominatus suos amplissimos. Sed fortasse sic Deo visum est. vt fastu et contumacia pretextu libertatis Euangelicæ contra sanctissimas leges et institutа maiorum contra antiquissimum vniuersi Christiani orbis consensum et contra legittimos magistratus suos nimpie se se efferentem retunderet. Cui igitur hæc vel faceret vel recusaret optimus rex Sigismundus non ne magna fuit illa cuius prudentia cum fide amicitiæ et constantiæ coniuncta Quid cum Joanni regi bis affini suo ne regnum Vngarorum Ferdinándo Maximiliani nepoti ia'm primus destinatum susciperet disuadere frustra studuit? aut cum ei profugo exilii quidem locum apud se indulsit vt aliquid necessitudini et calamitati eius tamen daret auxilia vero contra eundem Ferdinandum negauit aut cum pacem inter eos componere magna cura instituit. Ceterum minime sapientissimus princeps longe quantum mali intempestiua illa Joannis ambitio Vngaris adduceturа quantisq; malis et calamitatibus non modo florentissimum illud regnum verum etiam finitimas ei regiones inuoluturum esset bellum illud inter duos de regno conflatum. Jam ni reuocandis ad officium Gedanensibus quodam furore multitudinis ad rebellionem concitatis et ni eiiciendis e Prussia Cruciferis Marianis tam cupidis tamq; contumacibus vt nunquam ab eis Polonia et Lithuania quiete esse possent an non magno et exquisito consilio vsus est. Ne illud quidem cuius consilium sapientia vacauit quo cum hinc a Mosebis grauidi stimeretur nide Cruciferi non leuius bellum ei ostentarent Maximilianus vero Cæsar niterentur ipsi adhuc et hos et omnes quoscunq; posset ni cum et ni perniciem Polonorum

concitaret. Tartaris donatiuũ siue stipendiũ constituit non
modo vt ab assiduis eorũ incursionibus ditiones suas aliis
quemadmodũ dixi bellis impeditas liberaret verum etiam
vt eorũ opera in vexandis ac distinendis Moschis et aliis ho-
stibus suis parum redempta vteretur. Qua re tantũ profecit
vt et Moschos ad petendã pacem adigeret et tam culta et habi-
tata sit fuit quam unquã sub fratribus patre et patruo cuius fuit
Podolia. Quam solidũ vero fuit cuius iudiciũ in mandandis ho-
noribus et magistratibus, et in allegandis in senatũ viris
idoneis quoties id ei arbitrio suo facere per quosdã importu-
niores quibus impensius indulgebat licuit? Atq; hoc id ad-
mirabilius est, quod difficile est non peccare in hac parte
maximis quibusq; regibus et principibus. propterea q; a
alienis fere et oculis cernunt et auribus audiunt. Jam peculi-
aris illa cius in omnibus dictis et factis cunctatio, ne ipsa qui-
dem sua commendatione caret. Nimirũ sapientis est nichil te-
mere, nichil precipitanter, sed omnia consulte ac deliberate
agere. Sic enĩ cauemus, ne cuius nos dicti aut facti unquã
penitcat. Itaq; celebratur etiamnũ litteraruũ monumentis
non ignobilis populi Romani Imperator, Fabius Maximus de quo vulgatus est
ille poëtæ cuiusdã versiculus Unus homo nobis cunctando
restituit rem. Atq; hactenus quidem de prudentia Sigismũ-
di regis nobis dictũ sit modo. Cuius quidem ipsi causa fuit
timor Dei, cum lacte nutricis vt ita dicã, imbibitus.
Initiũ enim sapientiæ, quemadmodũ sapientissimi reges
Dauid et Solomon inquiunt, est timor Domini. Fortitudinis
vero et magnitudinis animi, quanta sit rex preditus fuerit
quã impiger ad propulsanda et suscipienda pro salute et incolu-
mitate suorũ bella, quã contemnens earũ rerũ, quæ maxi-
me in hac vita expetendæ esse videantur, qualia sunt regna
et Imperia, satis iam opinor intellexisti ex his quæ superi-
oribus diximus. Quin ex illo quoq; magnitudinem animi eius

intelligere licet quod Russico bello cum terrore non modico aduentantu' e Germania auxiliorum melioze rursus loco res Cruciferorum esse cepissent, nichil de conditionibus pacis hosti prius a se oblatis mutare volut. Aut quod cu ipsi Lituanie possessionem post mortem Alexandri fratris aduenti de nouis quorundā Lituanorum motibus renunciaretur non est deterritus quo minus instituta cum pauco comitatu aulico iter prosequeretur: Et cum deinde Michaelem Glinscu Ducem Russie qui ad dominatu adspirare dicebatur cu valido equitatu aduentare in balneo tunc forte sese abluens cognouisset, neutiquā turbat⁹ est animo. Vementem cu tranquillo vultu et comiter accepisset, cuncta ei scelerata consilia C quod Michael ipse postea fassus esse fertur De pectore excussit. Tantu cuis animi magnitudo in grauī et constanti aspectu relucens, apud hominem Alexandri regis nimia gracia insolescentem, ac dominandi cupiditate nicensu valuit. Sic feroces alioqui canes ad Molossorum aspectu proiicere se se, et adulari cauda solent. Quid illud? quod Vngaris et Boemis cu suis regibus Viennā ad Maximilianu Cesarem profisci, fideiq; cuis, quem Polonii in constituto congressus loco diu frustra expectarant, credere se se ob non leues suspitiones dubitantibus, ipse non sane amicu ad eam diem expertus Cesarem, per magna fiducia ire ad eum perrexit, ac ceteris idem faciendi data fide pro Cesare author fuit? Porro equabilitate animi in vtraq; fortuna tanta fuit vt neq; secundis rebus diffluereet, neq; aduersis frangeretur. A superbia et fastu semper alienus, aditu et affatu facilis fuit. Estus frigoris nicdia et laboris patientis.mus, quippe qui ab iuuente etate molliciei deliciisq; minime adsuetus esset: crassioribus cibis et pannis et caprinis pellibus quod iactitare ipse solitus erat minutritus. Morbos et alia vite incommoda admodu equo animo ferebat. Quod tempore

ad sectionem digitti pedis sacre vt medici dicunt igne inflamati
nichil est pene commotus - Porro cu3 Sac arx conflagrasset
illa de re tantu angebatur animi q dubitaret tantisper se
deinceps victurum esse donec eam instauraret - Publica suo:
rum incommoda dey[illegible]ere vindicare damnaq3 depellere indicare non libenter
neglexit . Iniurias vero suas iniurias obtrectationes con:
vitia et maledicta insolentiorum hominu ita contempsit
vt nunq3 vindicaret - nec esset ob id deinceps ad beneficentiam
in huiusmodi homines restrictior - Iam vero temperantia et mo:
deratione non modo cum laudatissimis omniu gentiu regibus
et Imperatoribus verum etiam cu priscis philosophis quorum seue:
rius et accuratius instituta fuit vita certare potuit Nichil
ab eo lenius nichil cupidius nichil insolentius nichil dissoluti9
et flagitiosius vnqua aut dictu aut factu fuit in eo vultus equa:
bilis et ad seruitutem euersitatem compositus, incessus lenis, sermo perpar:
cus et grauis sale tamen et lepore non inurbano neq3 petulanti
nonnunqua temperatus - A sordibus semper abhorruit - sed
frugali tamen victu et cultu corporis elegantiore qua splen:
didiore vsus est nisi quando externos homines et legatos ad
se admissurus erat - Nam tunc angustiore habitu commendare
mitem suam studebat Eademq3 de causa splendidius qua quisq3
maiorum suorum habitare instituit - Cuius exemplo et imitatione
eliminata magna ex parte e vita nostrorum hominu pristina
barbarie - ciuilitatem munditiam elegantiam et splendorem cu
dignitate consectari passim cernimus - Itaq3 longe alia nunc
est facies rerum Polonie Polonie qua ante hunc regem fuit - Sobrie:
tatem vero rex idem magni fecit et ab infantia quid ad senectu:
tem vsq3 patris auiq3 instituto plane abstemius et aque potor
fuit - Ingrauescente vero etate medicorum suasu vinu bibere
didicit - sed ita tamen vt nunqua cum quisqua ebriu videret
Elatior quidem et libidinosior natura fuit - verum in vtroq3
tamen magnopere sibi imperabat - Cum pre grauatu se

sentiret ipse sibi cibum subducere solitus. Quod vero ad
Venerem attinet caelebs quidem viridiore aetate laxius ali-
quanto vixit et liberius nec tamen alienos thoros con-
taminauit nec vim cuiquam honestae et pudicae intulit neq;
foedius quicquam quod honestae aures abhorrent admisit: et
vero illos lubricae aetatis lapsus multis claris simis virtutib9
compensauit atq; contexit. Maritus vero coniugii fidem san-
cte seruauit Verecundia summa, et pene virginali quoad
vixit fuit. Nudu' se aut necessitati naturae satisfacientem non
nisi a perpaucis interioris cubiculi ministris conspici passus
Obiurgare admonere officii eos, qui aliqua dignatione essent
non sine rubore solitus. At probris maledictis et acerbioribus
verbis quamuis iratus omnino sibi temperauit. Quanta vero
fuit huius Optimi Regis modestia, qui cum acri et solido esset
ac'mi iudicando, tum in consultando iuditio et neq; gratia
neq; odio facile deduci se ab aequo et bono pateretur tamen
nichil fere magis vnquam sine consilio senatus fecit aut sta-
tuit, ac nonnunquam de recta sententia, sine consensu Senatus
adductus decessit. ne pertinax esse videretur: quod ingens
est et perniciosum plerunq; in principe vitium. Fiunt enim
multa interdum iniuste et inutiliter atq; etiam temere et
cum multorum exitio ab iis qui sibi plus quam ceteri sapere vi-
dentur, dum iuditio suo freti, aliena consilia aspernantur.
Jam illud non nec magnae fuit modestiae simul et grauitatis
q'd aduersantem sepe desideriis suis vel vtilibus vel certe
non perniciosis recip.ca nobilitatem aequo et moderato
animo pertulit, neq; vi quicquam iuuentis extorquere aggres-
sus est, neq; intemperantiorem eiusq; in se petulantiam acer-
bius vltus est, ne tum quidem cum apud Neapolim concitate
multitudinis conatus prodigiosa tempestate diuinitus distur-
bati ferociorem eum facere potuerunt? Ac ne eblandiri qui-
dem preter dignitatem aliquid q'd extorquere nollet voluit.

Non panca tamen aliquando extra ordinem et preter debitu huic eius modestie consensu et obsequio multitudinis atqz consiliariorum concessa sunt. Ita minime sepe plus impetrat modestia quam exprimit imperium et violentia presertim ab hominibus ab humanitate et libertate non alienissimis. Ab eo vero quem sibi in omni vita proposuerat modo neqz cupiditate vlla aut metu neqz ira aut odio neqz aduersitate et egritudine animi neqz lætitia demqz et voluptate quæ res transuersos ferre rapūnt homines facile vnqua' auocatus est et abstractus. Porro si quando animum grauibus et continentibus Reipub. occupationibus lassum et quasi fatiscentem recreare et relaxare voluisset equitationibus ac cursorum onagrorum aprorum ursorum et bisontium venationibus (quod studium ipsi gentilitium atqz hereditarium fuit) non sine vtili et salubri corporis et vires atqz etiam industria exercitatione id facere solitus est. Interdum etiam equestrium certaminum atqz ludorum spectaculis scurrilibus quidem iocis et lenioribus sordidisue lusibus mimis item et histrionibus et morionibus non libenter presertim integrioribus adhuc viribus vacuit. Nec plura nunc de regis huius temperantia et modestia dicam. Reliqua est nobis vna maxima et præclara virtus eius quæ eiusmodi est vt neqz vespertino neqz aurora sit magis admirabilis quemadmodum inquit sapiens quidam Justitia iugum qua firmantur solia vt ait sapientissimus rex Solomon stabiliuntur regna. Quæ quidem in hoc rege vel maxime resplenduit. Itaqz ergo iure optimo firmatum est solium eius regnumqz stabilitum. Nam siue æquabilitatem et æquitatem eius in dicendo iure tam diuerso et vario qua' est in hoc regno spectes siue grauitatem et constantiam inter diuersas plerumqz senatorum et nonnunqua' pugnantes inter se sententias studiaqz ad gratiam vel odium (vt fit) inclinantium siue laborem et patientiam in exercendis iudiciis quo ad ei per valetudinem licuit et audiendis etiam infimorum hominum querimoniis est quod

admixeris ndū laudes. Admiranda est et illa eius continentia
ꝙ nemini vnqua eo regnante. quamuis luculentas quamuis
amenas possessiones regiis vicinas habere obfuit. quin illū
vicinū qz proceres quosda cuncti maluistis. Quid ego fidem
eius ēw in promissis. tum in federibus et amicitiis. inimicis
iuxta ac amicis spectatam prędicem? Commemorauī nonnulla
superiūs quę ad hanc rem pertinent. nempe quod ad dissol:
vendū cum Cęsaribus Carolo et Ferdinando amicitia adduci
se nunqua passus est. neqz a necessariis quidem et affinibus.
Promissi vero quam tenax fuerit. possem hic si necesse esset. lo:
cupletissimos eius rei testes citare. nonnullos viros amplissimos
qui partim hic adsunt et hęc taciti audiunt. partim iam e viris
excessērunt. quibus quo minus præstaret semel promissa. neqz
gracia. neqz odio. neqz precibus. neqz conuiciis. neqz lachrimis
cuiusquam flecti potuit. Nichil in eo fallax. aut multiplex
aperti vero et simplices fuere mores. pariter et oratio. Et
quoniā ea quę respub. continet. tuetur. et florentes facit. iu:
stitia pęna et premio. seuēritate et clementia maxime con:
stat. de his quoqz pauca dicamus. Vtrūqz ille quidem coluit.
nec dū alterū sequitur neglexit alterū. Sed ēw intelligeret.
liberis et minime malicios populis se imperare et satis ma:
gna pęna sceleri et ignauię instituti maiorū nostrorū esse
propositā infamiā inqua et odiū bonorū virorū ad seuērita:
tem quidem et expetendas de sontibus pęnas fuit remissior
nec nisi necessario. quemadmodū ad secandū vrendūqz medici
ad hoc descendebat: Vt cum Casimirienses aliquot decuriones
ob eadem nobiliū quorunda tumultu concitata multitudinis
patratam supplicio capitali affecit. ne quod maius malū inde
existeret. et vt illi exemplo essent in posterū magistratibus
multitudinem temere concitantibus. conatataduc non refrenā:
tibus. vel cum Gedani de capitibus seditionis Vrbanę
supplicū sumpsit. vel demqz cū adhuc Silesię regionem illam

omnem latrociniis quibus infamis erat iam inde ex quo tempore bella ibi a boemis et Vngaris Mathia et Georgio ac mox Wladislao regnantibus gesta sunt penitus repurgauit, Quod factu eius cu finitimi omnes laudant tum Silesii etiam nu grata memoria prosequuntur. Ad clementia vero fuit propensior ita vt cum aliquando eam ob rem nescio a quo viro Senatorio reprehenderetur urbaniori responso repressisse illam cius acerbitatem fertur. Qui scis inquiens a quo nam seueritatem istam exordizer? Illud opinor innuens, neq; illum culpe exortem esse et ad multa nonnunquam connituendu esse reipub. administranti. Proinde multos capitis reos vita donauit: nonnullis iniusta iure infamia sustulit: nullius propemodu bona confiscauit confiscata etiam iis quoru fuerant reddidit: exules et proscriptos reuocauit: Sine accusatore quidem et indicta causa neminem damnauit Gedanensibus vilis plebecule impetu ab officio discedentibus nihil fere de pristina libertate et immunitate, nihil de commodis, que peramplia sunt ciuitati illi publice et priuatim detraxit autores modo seditionis paucos inuitus partim interfecit, partim exilio multauit: hostibus supplicibus libentissime venia dedit, ita vt vel de medio victoriarum cursu non grauate retrasi se ad venia reconciliationem pateredur De Valachis quidem iam diximus. In cruciferos vero debellatos iam fere, quam clementer se gessit? & nisi fidem eorum dubiam semper suspectam habuisset, non modo suisset eos rebus quas habebant adhuc, sed oblata quoq; ni fallor eis reddidisset. Magistrum quidem eorum Albertu Marchionem Brandeburgen sororis sue filiu, expectatione et aduentu auxiliorum e Germania varie tunc vt qua lenissimo verbo vtar secum agentem dabit michi venia princeps amplis, vulnus sum necessario refricanti et beneficentissimi in se auunculi memoria hoc non inuitus vti spero donabit. Vetimere ea

quæ ante bellū illud habuerat et partim iure belli amiserat, partim amissurus esse videbatur omnia iussit et honore auxit Magistri appellatione in Ducis nomen quo omnem deinceps rebellandi occasionem tolleret commutata denique hereditario ei fratribus q3 eius Casimiro et Georgio in mares duntaxat liberos principatū illū constituit, hæc an non maxima sunt documenta clementiæ hostem quem minime esse decuerat et hostem pertinacem pene deiectū et fortunis spoliatū meliore quā fuisset dudū conditione in societatem et amicitiā recipere? Quid illud eodem bello q3 Germanos milites contra se militantes velitationibus et levibus nostrorū præliis exagitatos et laborę inopia inedia vigiliis, vulneribus q3 confectos delere cupiebat noluit? Captivos quorū plena erant turres et ergastula in maiore Polonia et Cuiauia sine ullo precio liberos atq3 adeo veste et viatico donatos dimisit? Cuius clementiæ benignitatis q3 suæ maximū nisi fallor fructū capit. Nempe q3 per tot annos deinceps eo regnante, in Prussia Germani et contra Polonos quamuis sedulo sollicitantibus Cruciferis arma non sumpserunt non tam viribus et fortuna Regis vt equidem credo deterriti quā beneficentia victi. Sæpenumero enim hii qui aliquando victi fractiq3 sunt contra victores se se recolligunt. At quos victos servaris ac inuictis eos benefitii pariter et fortunæ recordatio pristinos spiritus recipere non tam facile finit. Neq3 illud minus est nec scio an longe maius clementiæ Sigismundi argumentū quod cum per magna libertate cui Reges atq3 Monarchæ plerique omnes infensi et infesti sunt respublica nostra constituta sit nunquā eam infringere conatus est quamuis impellentibus ad id quibusdā et maiore nonnullorū licentia aliquando provocante Verū cedere furori paucorū quā detrahere aliquid propter eos de communi libertate rex optimus maluit. Quod si qui reprehendunt ijdem sane reprehendant q3 amari a suis quā timeri et

patrem se qua' demmu' haberi volu̇it malu̇it. Huc et illud pertinet
q̄ procerw simultates atq; dissensiones semper sedauit quo-
ad potuit: quas alere tiranni et qui priuata commoda sua qua'
rempub. pluris faciunt solent. Nec ex tantu' prob dolor
his extremis eius temporibus inter quosda' inualuissent ma-
gne usstitie et uiris dicendi impedimento. sceleru' impunitate
et periculo maloq; reipub. dum ea quasi plaustru' disparibus
ac diuersis uimentis auriga cessante aut nec quicqua' labo-
rante distrahitur ac discerpitur: non inualuissent inqua' dissen-
siones tam pestilentes si semiu' et perpetuus ferre morbus con-
suetudinem et authoritatem pristina' retinere cum sinisset
Quo fit vt ipsi uire quoda' suo vema danda sit si non per omnia
eum quem debuit quemq; florentiore ipsius etate tenuerat
cursum respub. prestino illo sensu animi et memorie vigore
mi eo deficiente tenuit Aetatis hec viri Polom et Lithuani
non illius culpa est. Ille quidem preclaris virtutibus suis atq;
superioris temporis administratione et felicitate hec si qua fue-
runt extremi temporis incommoda penitus si modo vos aequio-
res et graciores quam maligniores haberi manultis obscurauit
Neminem vnqua' mortalem inuenietis qui omnes numeros felici-
tatis absoluat. In charissimis quoq; parentibus suauissimis li-
beris[4] vxoribus[2] dulcissimis[3] atq; adeo in seruis quoq; vestris
multa quotidie vos ferre necesse est nisi humanitatem exuere
prorsus velitis Qua' cui' ista esset iustitia et inimanitas atq;
adeo impietas si liberi parentem suu' a quo progeniti liberali-
ter educati et instituti semper indulgenter habiti et omni ra-
tione aduti et ornati summa denicq; omnia consequuti sunt ad
extremu' propter olentem anima' mucidasq; nares addo etia'
si libet propter neglectam rem familiarem abhominarentur,
aut etiam grauius incusarent superiorw' omniu' beneficiorw' oblati?
Non est hoc vestri moris neq; ingenii viri Polom qui non pe-
nitus malos reges nedu' bonos et bene meritos grata memoria

prosequi solet Verum ad institutum nostrum reuertamur. Fuit igitur in Sigismundo quemadmodum uidetis singularis clementia et priuatim et publice At fuit is restrictior in benemerentes de se ac repub. fuerit sane ita sed quis hoc ei uitio uertat? si bene secum reputet. nanc ante cum regem exactum ingnorantes a maioribus cuis possessiones plerasqz et bona regia: egentes quosdam reges: ne in quotidianos quidem sumptus pecunia suppetente: non solutas a patre ab ipso vero exactas omnium nisi fallor sororum dotes. dotatas duas filias. tres etiam reliquas dotandas et pro dignitate sua regnigz eloquandas persoluta militibus suis et externis supra ducenta milia florenorum emeriti apud Joannem Albertum et Alexandrum fratres stipendii nomine debita. demigz complura bella non sine magnis impendiis gesta. et alia preterea impendentia. Haec si quis recte secum perpendit, simulqz cogitat. quo indignitatis illa exactii inopia. patrem fratresqz atqz etiam maiores cuis nonnunqua impulerat. aequior multo in hac parte Sigismundo erit. Et tamen nichil is praetermisit quod ad splendorem Regni et patriae. dignitatemgz suam et magnificentiam pertinere existimavit. Vt enim illa quae modo attigi non repetam. vt redemptos a barbaris captuos. restitutas res ne belli causa essent. potenti hosti a nostris predabundis ablatas: senas nuptias magnificentissimo apparatu factas. constructas aliquot locis et pro veteribus tuguriis regali magnificentia exornatas domos vt haec nigua praeteream. Arces quidem Camenecensis in Lodolia. Leopolien[sis] Cracovien[sis] et haec quidem bis et alias quidem instauratas et munitas: comparatas et instructas permultas et magnas bombardas: frequentes legationes ad externos principes missas. et ab eis vicissim venientes. splendide ac liberaliter acceptas atqz dimissas. per magno ei constiterunt. sumptuosus vero et ille fuit splendidissimusqz cum Caesare Maximiliano et Wladislao ac Ludouico regibus apud Viennam congressus

† Sandomiriens[is] Cozgimiens[is] Vilnens[is]

congressus quo Polonorum et Lithuanorum nomen obscurius ante
hac et inopia memorie barbaricaq; opinione contemptibile
apud externas gentes illustrius et admirabilius esse cepit
Post hos tot tantosq; sumptus non in luxu' delitias et volu-
ptates, prinatus profusos sed ad vtilitatem decus salutem et ornamen-
tum reipub factos non est sane reprehendendum nec scio an
valde laudandum quod erarium non inane reliquit filiis hare-
dis necessitati et futuris reipub usibus ut filiarum dotes ta-
ceam vtiliter seruiturum. belliq; si quod alicunde nobis mouere-
tur nerum futurum Et tamen cum hoc sibi proposuisset ne
in priuatos quidem benignitatem et munificentiam suam clausit
et fortes doctos ac sapientes viros aut quauis alia ratione
vtiles reipub cum domi tum honoribus et aliis beneficiis prose-
cutus est. Vt enim litteratos homines nostrates parites et exteros
quorum vel opera honorifice in rebus magnis vti se posse exi-
stimabat vel scriptis et precepiis suis populorumq; suorum nomen
illustratum iri sperabat vt cosigitur omittam ac de fortibus
viris aliquot modo insigniores commemorem nonne Constan-
tinum Ostrogicum ducem peramplis beneficiis auxit? nonne
Ostaybcio plebeio aut obscuro duntaxat homini sed in Tartaricis
bellis exercitatissimo ac vigilantissimo cum alias tum post ob-
sessam aliquandiu et expugnatam a Tartaris atq; Tartaris ab eo
vero strenue defensam arcem Cercassiam per magnum honorem
habuit et multa largitus est? multa sepe delinquenti indulsit?
Quid Nicolaum Semanium scientia et vsu rei militaris prestantem
excellentis virtutis ergo collocupletatum et ad eum in quo nunc est
honoris gradum euectum? Quid ne virum omni laude cumulatissi-
mum Joannem Comitem Tarnouium aliis non obscuris beneficiis or-
natum tum ad summum dignitatis fastigium euectum? euidentibusq;
grati animi indiciis et preclaris elogiis cum suis a Moschico bello
et Starodubo euerso tum a deuictis apud Obertinum Valachis
reuertentem ab ipso ornatum et honorario munere publico

totius Polonie consensu binis grossis collatis coheonestatu co-
memorem? Viuunt ii duc et adsunt et hec mea dicta natib⁹
cuidentes approbant. Tametsi longe maximu hi virtutis pre-
miu, sempiterna cum a se gestarum gloria, quam eos nunquam de-
stituet arbitrantur. Tacco Bielscum et Lacum Moschos transfu-
gas perhonorifice ab eo acceptas et luculentis possessionibus
donatos, ingenii, fidei et scientie militaris cu. Ergo non fuit
Sigismundus ne in hac parte restrictior. Aut si quando tan-
dem fuit, non sua voluntate, sed necessitate, idq; ingrauescen-
te etate maxime fuit. Quoniam autem illa quoq; vel potissima
pars est iustitie, qua cum ceteris hominum quasi societatem
quandam tuetur, pietas inquam et religio, de hac tandem iam
postremo mihi loco dicendum est. Consulto autem in hunc eam
locum seruaui, vt quæ reliquas omnes virtutes in se continet
et quasi germina quædam ex se emittit, hominisq; felicitatem
perficit, eadem nobis huius optimi Regis perficiat laudatio-
nem. Absq; hac enim ceteræ virtutes magnes virtutum
et umbræ sunt verius, quam virtutes, neq; omnino laudabi-
liter et beate quamuis rebus ad vota fluentibus viuitur.
Qua autem pietate fuerit, quamq; sancte et religiose Deum opt.
max. Sigismundus hic rex coluerit, si alia nulla essent, ea
quæ hactenus persequuti sumus, satis magno essent argumento.
Neq; enim ita se ille tum in administrando regno, tum in omni
vita gessisset, neq; tantus euasisset, neq; tot bonis et felicita-
tibus quot percurrere obiter vix potuimus aut ipse aut diti-
ones eius cumulatæ fuissent, nisi Deum propitium habuisset.
Verissimum enim illud est quod est in Epistola diui Jacobi Apo-
stoli. Omne munus bonum, et omne donum perfectum superne
descendere a patre luminum. Cui vero nemo propitium habere
potest, nisi qui agnoscit reueretur et colit, omnemq; fiduciam suam
in eo collocat. Sic enim canit Dauid rex et propheta. Inqui-
rentes Dominum non deficientur vllo bono. Et alibi, qui confi-

dunt domino erunt sicut non mons Sion qui non commouebitur in
eternum. Cum igitur Sigismundo tot illa tantaq; bona in omni
vita suppetierint, quis negabit cum Deo curæ suo nonnullo me-
rito fuisse? Vt enim non fallitur, ita neq; fallit spiritus
sanctus, qui per Dauidem olim loquutus est. Quoniam rec spe-
rat in domino et in misericordia altissimi non commouebitur
Et quæ præcedunt desiderium cordis eius eius tribuisti ei. Præue-
nisti eum in benedictionibus dulcedinis. Et alibi Prope est
dominus omnibus inuocantibus se in veritate Voluntatem
timentium se faciet et preces eorum exaudiet, et saluos faciet
eos Custodit dominus omnes diligentes omnibus inuocantibus se ~~in veritate~~
~~Voluntatem timentium se faciet et preces eorum exaudiet et~~
~~saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se.~~
Sed quoniam impiis quoq; nonnunquam prospere multa in hac
vita cadunt eluceatq; in eis etiam aliquando nonnulla imago
virtutis atq; probitatis, age videamus, num qua alia ratione
pietatem huius regis ostendere possimus. Et ecce occurrunt
nobis templa Dei opt. Max. partim instaurata partim a fun-
damentis excitata et multis magnisq; donariis et preciosis
utensilibus ad splendorem simul et usum cultus diuini regali munifi-
centia exornata. Atq; vt Vilnensem basilicam et Rupensem Sui-
Scalense fanum et quædam alia quæ nunc in mentem non veniunt præterea
hoc quidem recte delubrum pulcherrimum et sumptuosissimum basilicæ
huic adiunctum, seu verius ninuchium quod sepulchrum et monumen-
tum fuit ille esse voluit cum instituto iugiter et concinne Deum
colentium sacerdotum collegio ferit oculos nostros et quosdam angusto
splendore perstringit. Huic vero basilicæ quam multa et quam
ampla donaria contulit? Jam quis nescit quam sedulo is, dum per
ætatem et morbum potuit et quam religiose sacris cultuiq;
diuino operam dederit, nulla neq; temporis neq; loci in-
commoditate neq; occupationibus retractus. Quid ego
precor cuius assiduitatem? quid festorum dierum ieiuniorumq;

nitemcratā obſeruantiā comemorem? In quibus omitten-
dis vix valetudinis gratia atqz ad extremis demū aliquot
annis medicorū ſuaſu et Epiſcoporū permiſſu, ne dica hoc-
tatu ſibi indulſit. Quæ enīa tenerīs annis cū lacte quodā-
modo materno imbiberat, ad extremū vſqz habitū conſtan-
ter et mordicus ea retinebat. Extera hi ſunt cultus ritusqz
fateor neqz in his cardo religionis noſtræ vertitur. Vera
et interior pietas in mentibus et voluntatibus noſtris pen-
tus inclusa eſt. Ita ſane ſed cū ea ſoli Deo perſpecta et ex-
ploratā ſit tamen his exteris ſeſe nobis prodit et exerat
vt ſic luceat ſecundū authorem ſalutis noſtræ Chriſtū lux
noſtra hominibus vt ij videntes opera noſtra bona celebrent
et glorificent patrem noſtrū celeſtem. Bona eſt enim ait An-
gelus ad Tobiā oratio cū ieunio et eleemoſyna. Ipſe quoqz
Chriſtus Jeſus apud Mathæū magnopere hæc tria cōmendat
dū quomodo fieri debeant præcipit. Quid vero prolixam
Sigeſmundi in egenos, quorū victus veſtitusqz pauperi ratio-
nes vel morbus, vel ætas, vel calamitas aliqua vel demqz
arctioris et addictioris Deo vitæ profeſſio impediuiſſet
beneficentiā et liberalitatem perſequar? Eadem opera lu-
cem hanc diurnā accenſa lucerna illuſtrare conor. Ceritis
en ipſorū tumas, non modū templū hoc verūetias vias et
platcas complentū, et orbitatem ſuā tam benefico rege amiſſo
miſerabiliter deplorantū. Illa vero cuis in receptis antiqui-
tus Dei placandi ritibus et ceremoniis, ſacro ſancte retinen-
dis, ac defendis et in propugnandis dei miniſtrorū cōmodis
præclara voluntas et conſtantia, in iſta præſertim temporis
noſtri licentia, et iſto novarū rerū, quæ nunc temeſſimi
quiqz homines flagrant ſtudio, ſeu verius prurītu, non ne
maximū eſt ſingularis pietatis argumentū? Vidit enī ſapi-
entiſſimus rex in religione noſtra nichil melius, nichil
exactius hoc tempore a quoquā inueniri poſſe, quam ab

ab ipsis Christi seruatoris nostri discipulis eorumq; successorib⁹
proximis sanctissimisq; patrum conciliis constitutum et publico
Christiani orbis consensu tot seculis retentum esset. Didicerat non
hic, aut illic et in angulis ommino Christum querendum esse neq;
vnumcuiusq; esse arbitratu suo verbi et institutа Dei interpre-
tari, sed ecclesiа. Ecclesiа inquа, in qua certa esset ac per-
petua vt inquiunt vetustissimi, sanctissimi, et grauissimi Docto-
res Irenеus, Cipriamus et Augustinus, tot seculis continuata
sacerdotum et Episcoporum successio columna esse, quemadmodum ait
diuus Paulus, et firmamentum veritatis. In ea sola dari spiritum
veritatis, qui vt author, ita interpres quoq; sit sacrae scripturae
non dissensionis verum pacis Deus. Quo quidem illis carere necesse
esset quibus inter ipsos non conueniret et qui ne ipsi quidem sin-
guli sibi constarent, sed omni vento doctrinae, quasi nebulae tur-
binis exagitatae circumferrentur. Animaduertit etiam et illud
pius princeps omnem nouorum istorum theologorum rationem mui-
dentia cupiditate, ambitione et effrenа quadam licentia inflam-
matum ventri suo seruire non Iesu Christo, quem dictis quidem
et scriptis ac mamcis quoq; tunicarum iactarent, factis vero
vt ait Paulus negarent, qui superba et vana quaedam loquentes
vidrur
vt verbis diui Petri vtar, per concupiscentias nescarent
homines carnis voluptatibus eos qui pusillum aufugerant, eos
qui in errore versentur dum ipsis libertatem pollicentur, ipsi
serui corruptelae. Intelligebat etiam, si quis forte abusus in mores
nostros vitamq; irrepsissent, si temere ii vnius cuiusuis aut
paucorum priuatorum arbitrio submouerentur, religionem omnem
sacrosanctam cuiusuis libidine exagitatam et labefactatam vacilla-
turam et in periculum venturam esse. Vel aliam quis proferat
causam cur nam sanctissimae et ab ipso Christo Iesu institutae ce-
remoniae et religionis Christianae fundamenta sacramenta
inquam et ipsa diuinae naturae cum humana in Christo indisso-
lubilis copulatio a Germanicis istis quemadmodum ipsi videri

volunt euangelii illustratoribus. impudentes et impie con-
uellantur. Nimiru[m] [mss] confestim impia et gigantea hominu
audacia ubi semel frenos excussit et quiduis in dubiu[m] reuo-
candi mutandiq[z] licentia[m] nacta est. Religione enim et reue-
rentia et sacro sancta quada[m] atq[z] inuiolabili persuasione reli-
giones omnes cotinentur. Hanc igitur cu[m] ita perfecta ha-
beret religiosissim[us] rex ad offitiu[m] suu[m] vel maxime pertinere
existimabit[mt] ut religionem omnemq[z] cultu[m] diuinu[m] quemadmo-
du[m] a maioribus accepisset in regno suo conseruaret. sacerdotu[m]q[z]
incolumitatem ac dignitatem quibus quasi caninis quibus-
dam sagacibus incolumibus. neq[z] grex Christi laceraria
lupis neq[z] ab apris aut vulpeculis uinea vastari posset tue-
retur. Tamq[z] ob rem Hedanen[sem] ciues in multitudinis temeritate
quosdam seductos summa cura atq[z] diligentia. contempto om-
ni periculo. quod ipsi inde non obscure imminebat in uia et
ad pristina[m] religionem reduxit. Jam vero illa quod meribun-
dus sacra Christi misteria ritu Christiano expetiuit et ve-
nerabundus accepit. q[uo]d se totu[m] deo religiosis verbis et suspe-
riis commendabat. q[uo]d in eius clementia et misericordia fidu-
cia omnem suam collocabat. quae et isti euidentissima. nisi fallor
vera pietatis indicia iudicant. nonne certa sunt pie et relli-
giose exacte vite testimonia? Cum igitur tanta pietate quanta
genere illo inclito et educatione optima digna fuit preditus fue-
rit Sigismundus. nichil mirum si iustus quoq[z] clemens magnifi-
cus et benignus. si temperans moderatus pudicus et modestus:
si fortis constans pacieis. et excelso animo: si preteritoru[m] me-
mor. presentiu[m] sagax indagator futuroru[m] acutus coniector et
utiliu[m] publice priuatimq[z] diligens et sapiens prouisor fuit:
Non mirum si hac[hac] in brecitate vite humane magnisq[z] labori-
bus viuendo octogesimu[m] secundu[m] annu[m] attigit: si viribus et
valetudine plerunq[z] firma fuit. si sensum ingeniiq[z] vigorem
ad extremu[m] pene retinuit: Non mirum si gracia et auctoritate

apud suos pariter et exteros summos iuxta ac infimos va-
luit: si amplissimu regnu clatis post patrem duobus fratribus
maturæ adeptus bellis felix et victoriosus pace multa bea-
tus uxoribus et liberis non infortunatus ditionu aliquot accessi-
onibus locupletior tam bene, tam quiete tam feliciter tanto-
q3 bonoru omniu fauore uno et quadraginta annis id admi-
nistrauit et florentius multo quam acceperat non degeneri
uti confidimus filio reliquit. Non mirum demiq3 si sempiternu
optimi et fortunati Principis et patris patria nomen atq3 glo-
riam nisi me uanu fallit auguriu apud longam posteritatem
celebrq3 inclitus rex retinebit: quippe qui superiores omnes prin-
cipes et reges nostros non modico intervallo post se reliquisset. Na
quæ in singulis illis singula laudabilia fuerunt ea hic unus om-
nia complexus est. Boleslai Chrobri utab hoc potissimu ordiar
solertia et magnificentia: Cazimiri monachi pacis et instau-
randæ patriæ superiorum temporum iniuria afflictæ studiu: Wla-
dislai eius filii mansuetudinem: Boleslai Crivousti victoriam
Crispi prouidentia: Majecislai semis grauitatem: Cazimiri ho-
rum duorum fratris iustitia: Lesci albi excelsum animu. Bo-
leslai pudici religionem ac temperantia. Lesci nigri modera-
tionem animi. Wladislai Loctici fortitudinem et in tolerandis
aduersis patientia. Cazimiri magni in ornando et muniendo
regno studiu atq3 diligentia: Jagellonis aui si non in propagan-
do certe in amplificando cultu diuino pietatem laborem
et munificentia. Wladislai patrui magnanimitatem et cle-
mentia: Cazimiri patris ~~felicitatem~~ felicitatem et offensaru per bre-
vem memoria: Demq3 Joannis Alberti fratris ad res ma-
gnas gerendas quanqua meliore fortuna alacritatem. Has iqua
omnes omniu uirtutes illoru solus Sigismundus non modo æqua-
uit sed superauit etia ita ut nulla cuiusquam eloquentia ne-
du infantia nostra satis digne et pro meritis eu laudare
possit. Sed iam ipsu ex augusto illo Mausolo in quo hesi recon-

ditus est. nos quibus prefuit alloquentem audiamus. Quā iuste
quamq; moderate vobis vizi Colom C licebat enim michi vos
omnes imperio coniunctos vno nomine appellare D imperauerim
Et quanta felicitate regnū hoc auxerim ornauerim et cumula-
verim vos ipsi probe nostis. aut si qui per etatem intelligere
et iudicare adhuc non potuistis e maioribus natu. bonis et
grauibus viris discere potestis. Pro his meritis meis iure mee
illud a vobis postulo. vt si quid vnquā imprudens offendi id vel
humane imbecillitati vel etati mee condonetis. quā vero michi
debetis graciā eam liberis meis dulcissimis referatis morte mea
pupillis. Filiū hunc meū vnicū. quem ipsi vobis regem michi suc-
cessorem me volente et postulante iampridem designastis eodem
quo me aut maiore etiā si potestis studio prosequamini. consiliis
aduiuetis consencientibus animis atq; viribus protegatis etatis
eius nonnichil etiam indulgeatis. Ne audiatis eos. qui dū suā
rem agunt vestram agere videri volunt. et tamen aliud aliud
alibi pre se ferunt vtriq; vt graciā meant et opes potentiāq;
suam augeant et stabiliant. Cernitis qualia nunc sint tempora.
quousq; domi progressa sit multorū audatia. quanta huic regno
et communi patrie pericula a barbaris impendeant. Mature vo-
bis prouidendū est. ne non modo imperiū vestrū et respub.
verū etiam libertas et vita vestra vestrorumq; in extremū
discrimen veniat. Id vero ita demū recte prouidebitis. si sub-
latis omnino quorundā factionibus. dissidiis et simultatibus
mutuis amore et officio erga vos inuicem erga regem vero ve-
strū studio et beneuolentia certabitis. Sic em̄ fiet michi cre-
dite vt qui nunc formidolosi nonnullis videmini. formidabiles
vicinis vestris. hostibusq; sitis. Ad te vero. fili charissime, hec
mea est oratio. Illo autem habitu illoq; vigore hec tu Sigismun-
de Auguste patrem tecū loqui existimato. quo fuit. cum tibi
hui⁹ regni habenas sceptrumq; traderet. Nichil est quod te
vna cū matre et sororibus tuis puellis lectissimis. propter

mortem meam tantopere exercuerit. Mihi quidem egtempore meo, amoru vitae, gloriosae satur, non dico mortuus fu, sed ad beatiorem vitae regnuq; melius migrani. Vt autem quoq; vestro et bonu omniu tempore id factu esse videatur, secundu deu mi te fili maxime situ est. Tibi mi fili deniceps et matri et sororib et vero respub. maxima curae esse debebunt. In te spes omnes omniu, quas fructurari te aquu non est, sitae sunt. Nonnichil quidem nobis debet Polonia, quemadmodu audisti sed nos illi multo plus. Quippe quae nos sibi maiores q; nostros posthabitis quibusda illustrioribus et elegantioribus atq; etiam potentioribus fortasse, reges assumpsit et summa fide, studio, obsequioq; colui. Te quemadmodu ipse nosti, puerulu etiam regio diademate insignivit. Ad cuius igitur salutem atq; dignitatem vicissim te ~~voluptatem~~ posthabitatem tua, studia et conatus omnes aduingere in primis aquu est. Id vero ita demu recte facies si omnibus te aequabilem, familiarem vero nonnisi grauissimis et sapientissimis quibusq; praebebis, si nullius ius et innocentia, neq; gracia neq; odio cuiusquam oppressi fines et iniuriis exercendis non cuius cognatus, necessarius aut cliens quisq; sit, sed qua iusta causa habeat attendes: si tenuiores a ui et iniuriis potentioru uindicabis, si honestatem voluptati publica commoda tuis privatis antepones: si nulla in re leuior aut praeceps eris, neq; de maioribus rebus absq; consilio senatus quicquam statues: cui uiuenibus vero et uiuendi ardore praeditis consilia non temere communicabis: si assentatoribus aures non accómodabis. Blandu enim est malu, sed pestilens in primis regnis atq; regib assentatio: si dissensiones ordiniu et simultates procerum inter ipsos authoritate tua penitus extirpabis: si denique pietatem atq; religionem sanctissima sedulo et ex animo coles neq; ab institutis maiorum et iam inde ab exoriente religione Christiana apud omnes gentes recepto et ad nostra usq; tempora, transmisso retentoq; cultu Dei opt. Maxim

venerandisq; ceremoniis atq; dogmatibus te cuiusq; vel
insidiosis blanditiis assentationibus et illecebris vocari vel
importunitate ancilli fustibus Hanc rerum omnium exempla
domestica habes satis nisi fallor illustria Non ignoras fili quo
successu qua felicitate quantaq; gloria nos tam diu regnauimꝰ
id nos totum Deo opt: Max: quem sedulo vitaq; colluimus acce-
ptum referimus Existimare autem debes neq; regnum neq;
omnino quicquam sanctum et inviolabile esse posse vbi religio labefa-
catur His tibi viis fili suauissime ad laudem ad beneuo-
lentiam hominum ad salutem tranquillitatemq; ditionum nostrarum
tuarum demq; ad decus et immortalitatem grassandum est Hac certꝰ
est et exploratus piis principibus ad caelum aditus Hac
tecum Sigismunde patet Auguste Illa rex vester vobiscum vixit
Poloni Reliquum est vtraq; vt sanctissimis et saluberrimis mo-
nitis eius obtemperetis eiusq; praeclara erga vos merita assi-
dua pietate et grata memoria semper prosequamini omnesq;
patritet cum vti debemus vnorum et mortuorum Deo apud quem
nemo satis iustus et intens est assiduis precibus commendemꝰ
Viasse illum in caelis vti speramus pro nobis orabit et quorum
saluti et incolumitati omni ratione quoad vixit consuluit ipse
ne nunc quidem omni iam rerum terrenarum cura et molestia
solutus studium suum in placando Deo opt: Max: deesse patietur

Stanislaus Orzechowski Ruthenus Jacobo Trziluski dicto, de Jeszow, Notario Petri Kmite palatini Cracowien. Luterano.

Funerales Cerimonias iustas pias ac necessarias esse.

Illuseras heri inter cenas, cum ego funus Sigismundi Regis summo cum honore sepulturæ narrarem tibi, tu vero præter paucos ipsos vestites, nichil magnopere probares de tanto funere, quæ dicebam reprehendisti, quædam vero irrisisti, vt essent illa, Requiem, et cæci, qui præcederentur mortuo, respondebo itaq; tibi, ac breuiter tecum agam: abs teq; petam initio, cur nam nephas esse ducas votis prosequi mortuum? illiq; requiem æternam ac lucem perpetuam decedenti a viuis optari? præsertim cum vita mortuorum reposita sit in memoria viuorum. An ita animus tuus obduruit, sensuq; humanitatis caret, vt illa vota vltima optationeq; natura hominibus insita reprudiet? aut si quis est in te communis istius humanitatis sensus, cur queso verbis dissentis a te ipse? cur natura violas? cur illam in tuo sensu obmutescere cogis? quæ promit illa vocem, semperq; in promptu habet pro mortuo: Requiescat in pace.

Sed tu bellus homo es, ais, cum indulgentia cuiusdam humanæ ista verba esse non veritatis, neq; alicuius necessitatis. Quid? tu non necessario id fieri putas, quod non raro non plerunq; in multis, ac in paucioribus sed semper ac peræque in omnibus fit atq; exstitit? Cruciari ne tibi tua conscientia videtur? in hoc luctu publico, in tam solemni pompa, tanta omnium ordinum mœstitia istas voces? Requiescat in pace, Lux perpetua luceat ei: Consule animos omnium, idem omnes sunt precati

ac iisdem vocibus sunt prosequuti regem hinc a nobis abeuntem
Quod si est uti certe est, equis ne duriores illis vis videri, qui
strati veste stragula prœibant funeri? qui motu ipso pene regum
rebant amissum regem, quem nunc non solum mortales omnes, sed
muta fere ipsa atq; inanima decessisse dolent. Quod si neq;
mentitur tua conscientia, et si per æque illæ voces naturæ
in omnibus hominibus semper hærent, necessariæ ergo sunt
et a veritate, non ab indulgentia (ut tu sentis) profectæ.
Deinde cum inter quietem et laborem ita mihi sit interim cum
ut inter lucem et tenebras: et cum horum alterum homini neces-
sit inesse, velim mihi, si molestum est respondeas: si illo
impulsu communis humanitatis, illoq; desiderio, utrum tandem
horum mortuo precari debemus? velis ne ut dicamus laboret
potius quàm requiescat: et tenebræ perpetuæ obscurent ei
quàm lux perpetua luceat ei? Quid hoc loco dices? aut quo te
vertes. mitte maledicta, rem ipsam putes nec contraria hæc.
esse immediate, in locumq; succedere contrariorum, quorum
alterum necesse est semper inesse subiecto suo. ut cum cæcitas
et visus ad oculum semper pertinent, lux quoq; et tenebræ
semper pertinent ad mentem. Si ergo verbi gratia, non vis
ut ego imprecer tuo oculo visum cæcitatem illi imprecer ne-
cesse est. nihil enim præterea precari possum illi tertium.
Ad eundem modum, si non vis ut tibi mortuo optem lucem, op-
tabo tibi tenebras. nihil enim est tertium quod tibi præterea
optem. At si tu neq; cæcitatem tuo oculo præ visu, neq; tene-
bras menti præ luce optari tibi vis, concedas necesse est, nos
pie, communi nobis præeunte sensu, requiem ac lucem perpe-
tuam mortuis nostris optare. hisceq; totis tribus diebus legitime
ac pie Regi mortuo optasse.
At tu cum hisce argumentis. Sexi inter scyphos nugularere, so-
phistam me crebo iratus appellare non dubitasti. Ita ne
tibi protinus sophista is erit, cuius tu vecordiæ resistere

non

non poteris : sume tempus si placet hec argumenta perspicias, nullas falacias vti spero reperies.

At sine verbo dei dices, hec esse nugas meras, ita tu non solum prudens, sed etiam homo stultus es ; qui verum vero adversari putes, et relicto sensu rationem quaeras, lucenteque sole lucernam accendas, quasi vero vllum sit Dei verbum quod veritatem naturalem destruat, ac evertat, illique adversetur.

Dic michi iam enim communibus notionibus tecum agam, illud proposituum quo Mathematici vtuntur, omne totum maius est sua parte : aut si ab equalibus equalia demas, quae remanent sunt equalia hec inquam sint nec ne, sint verbo ne Dei ratione posthabita demonstrabis, an sensu ipso ? Quod tu sensum hic obtenderis verbumque feceris, quis te argumento potuis quàm pena refellat, aut quis tecum ageret vt cum homine, potuis quàm cum pecude, quare cum hec quae in optatis fuint mortuorum, sint persimilia Mathematicis hisce. vt enim hec, ita illa sua sponte occurrunt, nobisque intrinsecus natura sunt nota, Nolim vel tua existimationis periculo stultum esse.

Verum tu instas, et concludere te putas, sic inquiens : In scripturis sacris nusquam Suiusmodi optata sunt : ergo optanda non sunt.

O suauem hominem, ac dialecticum peracrem attende quaeso : te heri meum cenasse hodie funus spectasse, in scripturis nusquam est. ergo tu heri meum apud Legatum Ferdinandi non cenasti ? neque hodie funus spectasti ? At hec recta sunt, inquies, recta fateor, sed non ex meo verum ex tuo posito, pomis enim negationem locum ab authoritate sumptum valere, qui nichil valet.

Sed ego te rapiam ad scripturam ipsam quae Machabaeorum commentario traditur, qua constat Judam ipsum Machabaeum pro caesis in pugna mississe munus Hierosolimam. Sic tu non feceris vocabere sat scio illum librum canonicum non esse. Quis vero tibi Sanctam diuinam dedit virgulam, qua tu ordine moucas libros, ex Ecclesiaque eiicias ipsius orbis terrae consensu in Ecclesia dicatos, quibus vtuntur nunc omnes Ecclesiae, et quorum authoritate nitituur

meridiens occidens borea atqz ortus vtraqz quid tu aliud
ista negatione consequeris quàm quod in celu os ponis verbaqz
blasphemie loqueris contra excelsu, presertim cu hoc istud
Jude Machabei factu, Ecclesia vniuersa assiduo vsu compro-
bet pie et religiose de resurrectione cogitans/si enim Grauia
veneris audies ibi pacem ac lucem mortuis optare Grecos
ac pro iis sacrificiu facere. Idem offendes Antiochie atqz Al-
exandrie non solu Rome ex cuius officina purgatoriu produsse
affirmas. At hic vides confessu esse gentiu omniu/audis vocem
ipsius vniuersalis Ecclesie qua firmamentu atqz columna
veritatis est qua illa ex Genesi de Jacob Patriarcha legens
quòd is e vestigio qua fuerat mortuus ad populu suu appositus
est rationes suas talibus sententiis confirmat seqz pie pro
mortuis orare sibi suadet nam neqz Jacob sic aggregatus fuit
ad populu suu vt esset in numero beatoru ad quos illi aditus
nondu patuerat quia Jesus nondu illu apperuerat neqz etia
in damnatoru regionem abierat expectabat enim promissu
sibi semen fuit ergo tertiu aliquid in quo populus ille tenebat
pie quidem in loco illa amplissima magnificentissima qz ista
funeris quibus celebrauit mortuu patrem filius Josephs fum-
mo cum luctu illi profuisse creduntur qui tantus per quat
plures dies fuit vt etiam loci accole, planctu magnu Aegy-
pti, funus illud vocarent ridiculus ne tibi videtur fuisse
ac circumforaneus lamentator quispiam tantus Patriarcha Josephs?
aut etiam ceruices frustra illud funus institutu fuisse? aut illo
publico filii piissimi luctu mentionem piam ipsius Jacob non
fuisse versatam? nulla ne compellatione manes illi a pio filio
salutati? sepeqz vocati sunt? an non prestat mutu esse quam
quod nemo concedat dicere?

Quare etsi ratio ipsa quam largita est nobis natura et Eccle
catholice auctoritas et scripturaru veritas nos docet
pie nos facere qui hoc lugubri cantu requiem mortuis. Et

Et lucem eternam precamur noli dissentire a nobis, ne aut stul-
tus aut cecus aut impius videaris esse.

Jam vero in candelis ipsis, quantos risus excitas? quas ex-
tinxisses? Cita me Dii ament, Sceri nisi te prohibuissem: nec
mirum, cum cui ad candellam, non autem in candella rerum species
rides ea, quae non intelligis; animalis enim es homo es, non
intelligens ea quae sunt spiritus Dei. Sed tamen quero abs te
cur illa vexilla, illa arma, illos equos ac totum illum Sui regni pompae
amplissimae apparatum probas, candelas vero accensas improbas?
respondisti Sceri illa dignitatis Regiae esse insignia, vide quam
longe discedam. nam ego quoque ipsius fidei, qua ille ardebat insi-
gnia fuisse candelas dicam. An tu ita peregrinaris in Ecclesia
Dei ut si minus ipse de te meminerit, in aliis tamen versari
assidue non cernas? cui infanti baptisato statim ac is dedit
Christo nomen lotusque sacra unda est, cereus ardens e vesti-
gio fuit haec ista candella, quam agitas atque insectaris: in
manus illi datur, simbolum eius fidei, qua in baptismo ille est profes-
sus, admonetuque tum verbis sacratis: ut eam fidem quasi lampa-
dem ardentem in extinguibilem conservet, ac tueatur ad extremum
Quare ut supremo, die illa insignia bene administrati regni in oculis no-
stris defigebantur, ut planum omnibus fiat testatumque hisce verbis sit
Sigismundum regem, tam bello quam pace sapientem, iustum fortem, ac
clementem regem fuisse nullaque vi humana, haec arma illi in salute
Reip. ex conservanda excepta fuisse. Sic quoque illam candellam arden-
tem quasi insigne quoddam suae egregiae fidei, qua in baptismo acce-
perat ante oculos filii primo sui, deinde coniugis ac filiarum, tum
principum Senatorum, tum Equitum ac ipsius Ecclesiae reddidit publice
ardentem quam semel acceptam in omni vita sanctissime custodiuit
nullaque haeresi, neque schismate illam extinxit ac si palam audiente
cuncta Polonia ita Sigismundus diceret. Vos Polonum tuque fili
et tu fidissima coniunx vosque caeteri adestote omnes animis, neque
cuius mortem nunc doletis, audite et quae dicam attendite. Ego

220

Sigismundus, rex quonda vester, Casimiro Rege atq; Elisabetha matre mi seelere ipsius Ada nudus filiusq; iux, apud vos natus fui ad gracia vero baptismi nullis meis meritis, sed misericordia vltro me vocantis, ducentis, et impellentis Dei accessi, in quo quidem baptismo ex illa vnda vinificante, ac purificante, natq; iterum fui, illaq; damnationis mee maculas, quas ex seelere Ade in vtero matris mee contraxeram, omnes elui hac ista in qua sacra vnda, non autem ab homine aliquo, sed a Jesu Christo non aqua tantu sed spiritu sancto baptisatus fui, illiq; fui complantatus ac illius regni, qua Ecclesia est particeps factus fui gratis, nullis meis precedentibus meritis, e qua Ecclesia ne vlla idolatria hereseq; ac scismate excideren, vtq; beneficiorum tantorum, quae per Christum Jesum adeptus fui, semper memor essem. Hac ista candela, qua michi presentis nunc mortuo vice cuiusdam monimenti a michi erat tradita, vt quoties illam intuerer, totiens recordarer quid in baptismo Christo domino promiserim. Quod ne qua qui perfidia violarem. Hac ista candela me monebat quam ardentem ac inextinctam coram vobis. O mea progenies mei Polonivosq; cateri, Ecclesie sancte restituo eu hac ista Sui mee constantissime fidei testificationis. Et quemadmodu arma ista michi a vobis concredita, nulla hostilis vis extorquere michi e manibus potuit, qua nunc vobis restituo, ita etiam neq; sanctam fidem Jesu Christi cuius hec candela symbolum fuit, vlla perfidia in me violavit: testorq; Deum me hinc decessisse ea comitatum fide, qua in baptismo professus fui apud vos natus: candelamq; hanc Sui professionis mee signum, integram ardentemq; vobis trado, vos michi in hac fide mortuo requie ac lucem eterna, id quod facitis comprecemini.

Hec cum Rex diceret, quid queso tu contra illi respondere? aut quid illum sic falso dicere arguere? nimo vero tanta pietatem Casimiro audires, tibiq; consimilem mentem dari optares, quod et si ille iam non facit nec ei iam potest: res tamen ipsa te hortetur, vt illius fidem imiteris: et vt hec ista fidei symbola

tibi in baptismo concredita · pie · inviolateqz retinias · que tibi in memoria redigent · quid Christo · quidue debeas proximo · Quod vt michi quoqz eueniat Deu precare · et cu mortuus fuero · quod cito futuru spero · neqz enim adolescentia mea excusationem morti habet · abs te pro amicitia peto · vt funus meu cures · neqz sepelias · pro me sacrifices · iusta facias · requiemqz eterna · ac lucem perpetua animæ meæ exoptes per Christu Dominu nostru

Candelam etiã hanc meã quoniã ego tu ipse non potero michi præferas mortuo · atqz in conspectu Ecclesiæ Dei ardentem defigas haecqz addas · sic mandat mortuus Orichovi, hospes quondã et amicus meus · vt hæc vobis dicerem, illum eam fidem sancte coluisse · ac retinuisse · ad supremu ipsius diem · qua vniuersa custodit Ecclesia · nullam hæresim, neqz schisma vllu probauisse · docuisse · ac retinuisse · atqz huius rei signu hanc ista ardentem candella vobis pala reddi iussit · nulle erroze · nulloqz flagitio a se violata ·

Hanc tu spem meã ne fallas abs te peto · et quoniã me amas viuu · fac vt non deseras mortuu · Idem etiã de me tibi polliceor · atqz confirmo si prius morieris quã ego · me fideliter curaturu vt te honorifice sepeliam · candelamqz tibi præferam ardentem · signaculu cuius fidei qua sancte coluceris in vita · tibiqz requiem eterna · ac lucem perpetua · et ipse canã · et alios cantare faciã gratis et suo impendio

Hæc scripsi Sme ri Russiã abiturus · vbcunqz Deus de rebus aliquando prosperiu ad te scripturus · Tu vale bis, nosqz ama bis, ac sobrie · iuste pieqz more · institutoqz veteri vives

Datu Cracouiæ sabbato postridie sanctæ Annæ quæ dies vltima fuit funesti · Anno Christi Dei nostri M°D°xl viii°

Sermo in funere Sigismundi primi Regis Polonie habitus per Samuelem Macieowski Epm Cracovien Regni Polonie Cancellarium.

Sexmo Principi et Domino domino Sigismundo Augusto Dei gracia Regi Polonie Magno Duci Lithuanie Russie Prussie Masovie. Samogetie etc. domino et hazedi domino clemen. Samuel a Macieiowice. Episcopus Cracovien et Regni Cancellarius S. D.

CVm habitu per me sermonem mi funere dni patris tui cui tu pro tua pietate perhonorifice. Regie sane sumptu et apparatu usta perfoluisti a pluribus expeti videren quandoquidem magnus erat describendi labor futurus operepretiu me facturu esse putaui. si tipis cu excussu mi luceni prodire permisissem. quem ad te Rex Auguste mittendu nominiq tuo dicandu esse duxi. Cui enim dicarem rectius quam tibi ad quem hereditatis paterna sicut successio ita factoru etia eius imitatio proprie per-

pertinere videtur: vt non regni magis et fortunarum quam virtutum et morum optimi regis illius te successorem esse factum intelligant et latentur omnes. Neq; cui longius exemplo te petere necesse est neste cum fide pietate q; vitae degendi: domi habes vnde ea sumere possis. Nam quae magna tua felicitate neq; posterius laus est eo te patre nasci dum; mihi tibi contigit. cum cui ni omnium alio virtutum genere tum praesertim pietate, religione, sanctimonia, nulla aetas haec nostra, similem regem tulisse videtur. Quamvis autem haec omnia quae laudem ni eo approbationem q; hominum merentur: solius Dei sunt munera: quid enim habet quisq; nostrum quod ab eo non acceperit? aut quis est mortalium qui aliud quicquam ipse posset ex se quam peccare? tamen qui sua ipsius bona coronat, ni misericordia et miserationibus; is haec ipsa munera sua, has ipsas virtutes quibus patrem tuum affluenter ornauit praemiis etiam afficere atq; omni genere felicitatis non hui modo temporariae verum etiam illius aeternae cumulare dignatus est. Et perpetuum diuinae benignitatis a quibus pie colliturae iis prosperos rerum omnium successus largiri. Sicut Dauid Regi sicut Asa Josephath, Ezechiae Josiae factum esse sacra Regum narrat historia. quos ita diuus pater tuus vitae cum fide iustitia q; colendo expressit, vt neq; mansuetudine neq; pietate neq; fiducia erga Deum, cuiquam illorum secundus fuisse videatur. Inde adeo contigit illi diuino beneficio, quod sicut mansuetus ille rex ita et noster hic Dauid, mortuus est in senectute bona, plenus dierum et diuitiis et gloria. quas non vidit haec aetas nostra passim in orbe toto Christiano bellorum tempestates et procellas? quos tumultus? quos non modo oppidorum castrorum rerum etiam terrarum, promiscua rum, regnorum euersiones, direptiones, inflammationes? Non dico de vrbe Roma, non Italia vniuersa: non de

Tprosperum enim hoc est

Gallia non de Anglia, de Dania, de Scotia, deq; Suecia
regnis ni quibus qua' fuerunt motus, quae vero connexio-
nes. Hoc anno nostro quis est qui non sine dolore et lachrymis
commemorare queat. De finitimis tantu nobis nationi-
bus dica. In conspectu est nupèr adeo florentissimu' Hung.
regnu' quod nunc ni qua' dura, et ipsa etiam morte acerbi-
orem servitutem magna ex parte redactu' sit videmus.
Proxima est nobis Germania quoq; quam ampla? quam
copiosa? quam abundans viris fortibus? verù et illa sua
laborans magnitudine, suis ipsa viribus fracta quas ca-
lamitates non pertulit, proximis superioribus annis?
quas clades non accepit? quae ni ca Sominu' quae oppidoru'?
quae populoru' strages edita non sunt? Sola Polonia ma-
ximo maximi Dei beneficio fuit ni hunc usq; diem ab
ea calamitate immunis, quae reliquas Christiani orbis
partes omnes prope pervasisse videtur. Quam autem eius
rei causa esse dicemus? num quod hostes nobis defuerunt
qui nos fortunasq; nostras vexatas, direptas eversas cu-
perent? Atqui si qua gens alia nostra pra cateris omni
Geneze hostiu', et eoru' quidem potentissimoru' circumsepta
et modo non circumsessa est, viribus ergo illos aut arte
aliqua, et ingenio superamus? Quamlibet nos amemus
licet, tamen neq; numero Moschos, neq; robore Scithas
huic quis Tartaros vocare malit: neq; calliditate Vala-
chos: neq; scientia rei militaris finitimas nationes
quibus cum bellu' nobis fuit superamus. Sola fuit pietas
religio fides, ni Dei firma stabilis, et inviolata Dñi
patris tui Regis nostri praclare de nobis meriti qua
nos, qua fortunas nostras, qua statu' hui' Regni incolu-
mem conservavit. Huic acceptu' ferimus, q' casis totiens
et profligatis hostibus, diuturna pax et tranquillitas
huic regno parta est: quod non modo quia ereabant' discri-

mina et pericula propulsa sunt. verum etiam ne maiora in-
ferrentur, quam quae sustinere aut arcere possent promptum est
quod regnum hoc multo florentius ad te transmissum est. non
modo quam ipse dimus pater tuus acceperat, sed etiam quam fuit
aliquando post hominum memoriam. Amauit Deus patrem
tuum et ornauit eum. Amauit cuius pietatem amauit religi-
onem: amauit puram fidem et incontaminatam: quam ille
qualem a maioribus suis religiosissimis Regibus acceperat: talem
ad extremum usque vitae suae spiritum retinuit tibique de ma-
nu in manum tradidit: te haeredem illius et successorem
instituit. quam tu haereditatem cum exueris, libentius etiam
quam aliam quamuis adire debes: si te: si regnum tuum, si nos for-
tunasque nostras salvas esse vis. quae nos omnia non alia spe
fidei potestatique tuae commisimus: quam quod vestigia sancti patris
tui, cum aliis in rebus, tum in Deo illius exemplo pie colendo
te persecuturum esse persuasum habemus. Quam tu opinionem de
te nostram: in dies magis atque magis confirmabis: ut non
magis nomine quam virtute pietateque Christiana, divum paren-
tem tuum te referre videamus, et cum in te vivere sentiamus
Haec sola est servandi nostri servandique tui ratio. Nec est ex-
tra hanc ullam aliam, qua tu qua nos quoque salvi esse possimus
Patrem pie in Deo colendo imitaris oportet si paternae felici-
tatis haeres esse vis. Ecce ego quem suae voluntatis in ter-
pretem Deus esse voluit promitto tibi et spondeo illius nomi-
ne, qui cum sit veritas fallere nescit: omnia tibi fore tuta et
tranquilla: neque defuturam patris tui in rebus gerendis feli-
citatem: si cuius filius, haeres et Regni successor es eius
iustitiam fueris et pietatem imitatus. quod cum ultro facias
factuum etiam te deinceps semper spem nobis minime
dubiam ostenderis: currentem quod aiunt, pluribus hortari
necesse non est. Itaque ad eum ad quem scribere capi fer-
monem meum redeo. In quo ut sunt varia hominum iudicia)

non deerunt fortasse qui multa desiderent. Artem alii mi tractando. splendorem orationis alii et verborum elegantia requirent. Quibus nos paucis respondebimus: non fuisse nobis propositum declamantis more artem elyendi defendi in sermone hoc nostro ostentare. qua illi ipsi qui precepta artis tradiderunt celari ab oratore maxime ni dicendo volunt: sed artem potius bene. vivendi subiecto ante oculos domestico sancti Regi exemplo docere nos voluisse. De permulgando vero sermone hoc cui a nobis initio conscriptus fuisset, minime nos cogitasse: quandoquidem vernacula lingua a nobis habendus erat ita vt habitus etiam est. Quod si tu ni lucem cui adendum esse putaussemus. plus tamen curae ni eo explicando posuissemus: quo illorum etiam auribus pro virili nostra satisfacere nobis licuisset qui nihil fere possunt quod latine et quidz elegantes scriptum est non. Postea qua vere sermo fuit a nobis habitus, grauissimis reip. negociis quae tua Maiestas non ignorat occupatis tantum nobis otii non dabatur vt quae vel ad dispositionem eius vel ad elocutionem pertinent iis diligentius expendendis vacare potuissemus. Cui presertim qui nobis in eo exigendo molesti fuerunt ii moram longiorem ferre nequirent. Quare sicut initio scriptus a nobis fuerat ita typis cui curauimus permulgandum. Abs te peto rex melute quicquid cuius est quod tibi per nos offertur vt id grate animo accipias. Neqz semel audisse contentus legas etiam iterum atqz iterum qualiacunqz scripta haec nostra: quorum lectionem fructum tibi tamen aliquem allaturam nobis persuademus. Quod superest Deum precor optimum Maximum. vt diu te nobis florentem et incolumem conseruet. vt cum sancto Regem patrem tuum nobis ereptum esse. non fere non possimus: possimus tamen non sentire cui te vestigiis cuius incedentem videremus. Quod pro sua magis ineffabili bonitate qua pro nostris meritis. praestare nobis dignet

is qui fons est et author bonorū omniū dominus noster Jesus Christus. Quem etiā atq; etiam supplex precor, vt diuturna incolumitatem, et rerū omniū prosperitatem tibi largiat. Datū Cracouiæ xi. Calend. Septembr. Anno a Christo nato M°. D. Xl viii.

Sermo habitus per R^mum in Chró prem dominū Samuelem Maczieiowski Epum Craconiensem et regni Polonie Cancellarium in funere Serm^i dn^i Sigismundi primi Regis Polonie

Beatus diues qui inuentus est sine macula, et qui post aurū non abiit nec sperauit in pecunia et thesauris quis est hic et laudabimus eū. Ecc: 31. Vetus hic mos est et longo vsu iam inde a multis seculis in Ecclesia Dei receptus, qui in fide et confessione Christi obdormissent, quq; memoria digna aliquid gessissent, eos ex loco superiore in æde sacra laudandi, non solū vt qui debebatur virtuti eorū fructus is tributus videretur: cū aliam illi longeq; temporariā mercedem expectent quibus a Christo dictū est. Merces vestra copiosa est in cælis, verumetiā vt et consolationem ex eorū obitu propinqui lugentes accipiant, et ad eorū imitationem accendant' quos tā grata' sui memoriā reliquisse vident. hoc sapiens ille dixit. Memoria iusti cū laudibus

et

et nomen impioꝝ putrefcet. Sicut enim umbra corpus
ita virtutem laus et gloria comitari conſueuit. Quare cum
obdormierit nuper in Chriſto ſeculoꝝ Princeps dignus me-
moria non tam dominus quã parens noſter patriq;
noſtræ Sigiſmundus Rex, quandoquidem indignus ego
paſtoris in hac Eccleſia locũ teneo: laudato meri ſatisfacturi
officii mei eſſe duxi res geſtas illius et virtutes recenſe-
re magis enumerando, quantũ temporis brevitas patietur
quã exornare dicendo. De quo licet eadem verba mihi vſurpare
quæ dixit olim Dauid de Abner Principe militiæ. Nũ ignora-
tis quoniã Princeps et maximus cecidit hodie in Iſrael? Nũ
revera cecidit hodie quod nemo veſtrũ ignorat Princeps
maximus in Iſrael, princeps multoꝝ populoꝝ Princeps
innumerabiliũ virtutũ. Princeps conſilii, clementiæ fortitu-
dinis, iuſtitiæ continentiæ, pietatis gravitatis, religionis,
ſanctimoniæ, magnus natalium ſplendore, maior geſtarũ
a ſe rerũ gloria, maximus omnis generis virtutũ excellen-
tia. Sic itaq; tantus Rex, neq; magis aliorũ q̃ ſui ipſius
et ſuarũ affectionũ Rex Princeps moderator, omnium ma-
ximus in Iſrael in populo Chriſtiano, qui verus eſt Iſrael
non ſecundũ carnem, ſed ſecundũ promiſſionẽ cecidit ho-
die. Cuenit illud quod ab eodem hoc Ieſu Sirach dictũ eſt
Rex hodie eſt et cras morietur. Cũ enim homo morietur
hæreditabit beſtias ſerpentes et vermes. Vbi nunc Mtas eius?
vbi ſplendor? vbi gloria? Gloria eius ſicut ſcriptũ eſt,
ſtercus et vermis eſt. Hodie extollitur et cras non inue-
nitur quia conuerſus eſt in terrã ſuã. Ecce gloria ergo
quatenus ad ea quæ ſunt externa ſpectat. Ecce ſplendor
principũ, ecce pompa magnatũ. Sicut fenũ quod hodie
eſt in agro, et cras in clibanũ mittetur. Sed eſt alia virtu-
tũ gloria de qua ſcriptũ eſt. Semen eorũ et gloria eorum
non derelinquetur. Corpora ipſorũ in pace ſepulta ſunt

et nomen eoꝝ viuet in generatione et generationem Sapientiã eoꝝ narrent populi et laudem eoꝝ nunciet Ecclesia. De hac gloria de laude sancti Regis nostri dicturus hesternæ die Epistolã enarrandã sumpsi. Cur eã in memoriã sancti Martini Christophori lecta sit, recte ad hunc nostrũ accõmodari potest: qui membra sua templũ esse spiritus sancti quem haberet a Deo, seqz non esse suũ, sed emptũ precio magno: quod dñm Christophorũ fecisse legimus glorificabat et portabat Deũ in corpore suo. portabat Christũ in mente sua: vt et ipse Christophorus recte vocari potuerit. non q manibus aliquando suũ Christũ gestauerit, sed q nunqua illũ ex animo elabi suo passus sit. Sed iam ipsũ Jesu filiũ Sirach dicentem audiamus. Beatus inquit dues qui inuentus est sine macula. Beati volunt esse omnes quid autem sit beatos esse, nesciunt omnes, ne inter ipsos quidem philosophos in quo beatitudo vera consisteret conueniebat. Alii in corpore alii in fortunã, alii in animi bonis beatitudinem collocabãt. hic sanctus Dauid, beatũ inquit dixerunt populũ cui hæc sunt, nimirũ salus, et necessitas, diuitiæ, et abundantia at beatus inquit ille populus, cuius dominus Deus eius. Beatũ dicit Dauid, non qui corpore, non qui fortunã bonis abundat, sed qui detrimentũ hæc omnia facit, et arbitratur vt stercora dũ Christũ lucri faciat. hoc beatitudinis genere Rex noster Sigismundus in primis fuit beatus. sed neqz cætera illi defuerunt, vel corporis, vel fortunæ vel animi bona. Vidistis omnes qua fuit in corporis in eo plusqz heroica species, procul etiam principem ostentans, qua proceritas, qua regia oris dignitas. Vidistis faciem sic ex amabili quadã venustate pariter ac Maiestate temperata, vt neqz gracia minueret reuerentiã, neqz dignitas officeret gratiæ. Vidistis talem oris habitũ qualem et hostes formidare, et vereri possent improbi: boni vero non possent

non amare. Sic augustꝰ vt nihil amabilius sic rursus amabi-
lem vt nihil esset augustius. Vt silicam nitezim istos humeros
ista latera, vires istas et robur quibus ꝯ principe dignis
muneribus obeundis par. Non illu' frigus non estus offen-
debat. cu' esset valetudine quoq; firma satis, que ad etas
senze potuit. Nam cu' ad octogesimu' annu' propius accessis-
set nihil iam y restabat amplius qua' labor et dolor Itaq; ni-
hil ei defuit in corporis bonis sed et fortunis illis abundabat
inter que precipuu' haberet excelso loco natu' esse: quo no-
mine quid esse potuit Rege nostro beatius? qui Rex ipse
Regis fuit filius quatuor regu' nepos triu' Regu' frater
Regis et regine patruus, Regis socer Regis et regine pater
regine magnus patruus. vt huc sursu' vertas oculos huc de-
orsu' huc in quamcunq; partem flectas nihil nisi reges
videas. Nam et paternu' et maternu' genus a regibus duxit
Pater eius Casimirus Rex fuit Wladislai Jagellonis regis
filius: Mater Elisabetha Alberti Rom: Hungarie et Bohe-
mie regis filia, Archiducis Austrie, atq; ita vtroq; ꝯ
rege progenatus est. Patruu' habuit Wladislaw Hungarie
et ~~Bohemie~~ Poloniæ regem: fratres Reges tres Wladislaw hungarie
et Bohemie, Joannem Albertu' et Alexandru' Polonie: Nepo-
tem ex fratre Ludoicu' Hungarie et Bohemie: neptem ex
eodem amam Ferdinandi Rom: Hung. et Bohemie Regis
vxorem. Generu' Joannem Hungarie Regem cui filia' sua'
Isabella' collocauerat: cuius etiam antea sororem vxorem du-
~~xerat~~ ducit: proneptem Elisabetha' Polonie Regina', que filio
eius huic regi nostro nupserat Ferdinandi Rom: etc. Re-
gis filia'. Habuit preterea fratrem Fridericu' Cardina-
lem, et aliu' Casimiru' propter insignem vite sanctimoni-
a' in diuoru' numeru' relatu': qui hodie quoq; multis clar⁹
est miraculis adeo vt ipsos celites arcta sibi necessitudine
coniunctos habuerit. Nam et ex materno genere qui pin⁹

fuit Auſtrie Dux, is primus Chriſtiana fidem profeſſus
ſi Raphaeli Volaterrano credimus, martirii coronā accepit.
Divus quoq; Leopoldus Auſtrie Dux in diuorū albo aſcriptus
multa et ipſe edidit miracula. his ergo progenitus eſt maio-
ribus non generis magis nobilitate quā vitae morūq; ſan-
ctitate claris. Nam et auus Wladiſlaus quanto ſtudio Chri-
ſtiana fide Lithuanos idolis deditos imbuendos curauerit
annales noſtri loquuntur. Non erubuit vere Rex Chriſtianiſſi-
mus, ipſa etiā fidei rudimenta ex praeſcripto ſacerdotū
docere apud quos interpretis officio fungi non putabat
indecorū. Sorores habuit ſeptem, quarū quae maxima
fuit natu Hedwigis Georgio Duci Bauarie cognomento
diuite nupſit, cuius filia Elisabeth Rupperto Philippi Pala-
tini Rheni Electoris filio collocata eſt ex qua duo filii proge-
niti ſunt Philippus et otto Henricus, qui fuit hic proxima
Sophia Friderico Brandemburgeū Marchioni in matrimo-
nium data eſt ex qua octo filii proceſſerunt. Caſimirus cui
hic filius adeſt. Albertus Iunior, Georgius, Albertus quem
preſentem videtis in Pruſſia dux: Joannes Fridericus Gu-
lielmus Archiepus Rigen. Joannes Albertus, Gumbertus
filiae quinq; duae vere virgines Elisabeta deceſſerunt, quinta
Anna Boguſlao Duci Pomeraniae ex qua tres filios totidem
ſuſcepit filias. Sexta barbara Georgio Saxoniae Duci ex
qua tres filii nati ſunt, filiae quinq; Septima Elisabet Fri-
derico nupſit Duci Legnicen. habuit etiam ex priore vxore fi-
liam Hedwigim, quae connubio iuncta eſt Joachimo Marchioni
Brandemburgen Electori atq; etiam praeter Imp. et Rom. re-
gia. Mtes qui nullū in terris habuerunt hoc Rege ſibi gene-
re propinquiorem nec in Germania Dux fere ſunt aliquis
inſignis quem non arcta ſibi habuerit affinitate copulatū.
his natalibus quid eſſe potuit illuſtrius? quid hoc genere
facundius? ex quo tanquā ex equo Troiano tot Reges

et Principes prodierunt. Quod si vbi amici ibi opes quid esse potuit opulentius hoc Rege? tot amicis tam potentibus circumsepto? Sed neqz illa opes ei defuerunt quæ diuitiæ vocantur. Scimus enim qui fuerit status regni nostri non ante hunc non modo vllas habebant opes reconditas: verum etiam perexigua fuit regni portio, qua non ab aliis possideretur: cum per eos qui ante hunc ad regni gubernacula sedebant tot castra tot oppida tot prædia pignori obligata fuerint. Simul vero noster hic Rex fuit designatus vnius aut alterius anni viterualle centena millia aliquot dissoluit, bona liberauit, pecuniæ tantum collegit quantum vix vllum vnquam Poloniæ Regem habuisse constat. Quod ego in laudibus illius recensere et in beatitudinis parte numerare non auderem nisi beatum diuitem a sapiente dictum legerem. Neqz enim existimare debetis malas esse diuitias cum omnis creatura Dei bona sit: sed qualis est vsuscapum tales sunt. hoc est quod dicit Ambrosius, diuitiæ hominis ad redemptionem animæ debent proficere non ad destructionem, et thesaurus est redemptio, si quis eo bene vtatur. Et iterum laqueus est si quis vti neseiat, sed videamus qualem diuitem dicat Iesus beatum Sirach. Beatus inquit diues. Numquid omnis diues? minime vero, sed qui inuentus est sine macula: qui post aurum non abiit, qui non speranit in pecunia. Primum ergo vt sit beatus diues requiritur vt habeat diuitias bene partas, deinde vt possideat diuitias: non possideatur ab illis: postremo vt ne spem in illis collocet. Primum illud valde difficile est, vt sit diues aliquis, et inueniatur sine macula, vt non dolo aut fraude parta, vt non ex rapina et oppressione pauperum quæsitas opes habeat. hoc est quod in eodem libro legitur. Si diues fueris non eris innocens a delicto. hoc est quod Christus vocat diuitias, mamonam iniquitatis. hoc est quod dicit Hieronymus. Diues aut iniquus

x aut iniqui haxes. Quod si cui hac felicitas contigit vt di-
ues mundatur sine macula sine fraude sine rapina sine
oppressione nondu[m] beatus est. Necesse est preterea vt ipse
post auru[m] non habeat sed auru[m] potius habeat post ipsu[m]: hoc
est vt ipse dominetur in auro non auru[m] ipsi. ne propter auru[m]
quo creatura Dei est, relinquat creatorem sed propter cre-
atorem potius si necessitas postulat relinquat auru[m]. Hocq;
perdifficile est. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in
tentationem et in laqueu[m] diabolj. et desideria multa et inutilia, et noci-
ua: que mergunt homines in interitu[m] et perditionem. Radix
enim omniu[m] malor[um] est cupiditas. Neq; sine causa poeta
exclamauit. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra
fames? sed neq; textu[m] illud minus est difficile non sperare
in pecunia in thesaurjs. Vbi est thesaurus tuus dicit Chri-
stus ibi est cor tuu[m]. Timotheu[m] monet Apostolus diuitibus
precipe non sublime sapere neq; sperare in incerto diui-
tiaru[m] sicut sperabat diues ille qui dixit. Anima habes
multa bona posita in annos plurimos requiesce comede bibe
epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte hac nocte anima
tua[m] repetent a te: quae autem parasti cuj erunt. De tali-
bus diuitibus dixit Christus. Cur difficile qui pecunias
habent in regnu[m] Dei introibunt: facilius est cu[m] camelu[m]
per foramen acus introire, qua[m] diuitem introire in regnu[m]
Dei. Ac ne quis de omnibus habentibus pecunias id
esse dictu[m] putaret, alio loco quid velit his verbis explicat
dicens. Quam difficile est confidentes in pecunia in Re-
gnu[m] Dei introire. Non omnis ergo diues a Regno Dei exclu-
ditur, sicut non omnis diues beatus dicitur: sed is tantum
qui inuentus est sine macula, qui post auru[m] non abijt, qui
non sperauit in pecunia. Talis autem diues difficulter
inuenitur. Quare dicit Jesus Sirach. Quis est hic et lau-
dabimus eu[m]. Quis est hic cuj substantia non sit vtbs

fortitudinis eius. Quis est hic qui cū beato Job gloriari possit
quod non putauerit aurū robur suū, quod non dixerit obri-
zo fiducia mea? Quis est hic et laudabimus eū fecit enim
mirabilia in vita sua. qua est admirabile in igne versari et
igne non uri. tam est illud admirabile auro abundare neqz
vel malis artibus adeptū esse, vel a recto illius causa non de-
flectere, vel fiduciā in illo suā non collocare. At de no-
stro Rege confidenter dicere possumus quod talis duces
fuerit vere beatus. Nam si quisquā diuitū ille pre ceteris
ille inuentus est sine macula. Audistis in his que proxi-
me habita sunt, comitis cū Samuelis verbis vos allo-
quentem. Meministis qua dixerit presente Christo hoc
Dei filio suo Rege nostro. Nonne hec illius fuit oratio?
Loquimini de me coram domino et coram Christo eius. utrū bo-
nem cuiusquā tulerim, aut asinū, si quem pia calumniatus
sū, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquā munus accepi
et contemna illud hodie restituaqz vobis. Nonne taciti
omnes assensi estis, quod nihil eiusmodi fecerit? Nonne te-
status est ille Deū et Christū hunc eius in die illa, p non
inuenerit̄ in manu eius quidpiā? Fuit rex optimus innocēs
manibus et immundo corde. Tantūqz ab eo abfuit, vt alieni
sibi quicquā vsurparet, vt de suo cederet potius. Nam
quo fuit potentior hoc diligentius cauebat, ne quid per po-
tentiā fecisse videretur. Non modo ab iniuria verū etiam ab
omni specie iniuriæ abstinebat, memor eius quod scriptū est
Ab omni specie mala vos abstinete. Itaqz cū nullo mortaliū
gracior et iucundior fuit quā cū ille vicinitas. Ipse sū-
mouebatur potius quā summoueret quenquā. Adeo feruē
iniuriā regiū esse magis existimabat quā facere. Inuen-
tus est ergo dulcis iste sine macula, sed nēqz post aurū
abiit sed aurū potius post ipsū. Ipse auro non ipse aurū
imperabat, quodqz scriptū est pecuniæ obediunt omnia

in ipso locu non habebat, quin ipsi potius obediebat pecu-
nia; cum semper illius loci memor esset. Diutia si afflu-
ant nolite cor apponere. Itaq; vltro etiã sibi oblatas di-
nitias reiiciebat. Cui regna magis abundant auro et ar-
gento quam Hungarie regnũ, et Suetie vtrũq; tamen
sibi delatũ ibidem vt et Bohemie regnũ repudiauit, vsq;
eo fuit ab omni cupiditate remotus. Tanto magis diuis
quanto minus appetebat, non abiit ergo post auru: sed neq;
spernabat mit ni pecunia et thesauris. Sonabat eiũ subinde
in auribus eius vox illa. Nolite thesaurizare vobis thesauros
in terra vbi erugo et tinea demolliuntur et vbi fures esse-
diunt et furantur / thesaurizate autem vobis thesauros in celo /
F vbi neq; erugo et tinea demolitur et vbi fures non effodiunt nec furantur
Omnem ergo fiduciã suã non in incerto diutiarũ, sed in deo vi-
uo collocabat, qui prestat nobis omnia abunde. Memor illius
prophetici: Beatus vir qui confidit in domino, et erit domi-
nus in fiducia eius, quare studebat esse diues in bonis operib9
facile tribuebat communicabat necessitatibus sanctorũ
Ideo nunc eius Elemosinas enarrat omnis Ecclesia sanctorũ
Multa in templa dei ornanda, instauranda, noua etiã edi-
ficanda, multa in ministros eorũ conferebat. Non longe abire
necesse est. Sacellũ hoc in proximo videtis quanto sumptu
exedificatũ, deinde quanta cura prouisũ est ministris vt
pie deo in illo colerent. Quid dicã de Ecclesia Cathedrali
Vilnae? quae cũ proxime conflagrasset ipsius opera potissimũ
et pecunia denuo est exedificata: vt niterim alia templa
silentio preteream, quae illa si non extruxit vt extruerent
vel pecuniae partem vel materiã tamen suppeditando ad-
iuuit. Neq; vero minorem vnorũ dei templorũ curã gessit.
Ita et in ministros dei sacerdotes, et in pauperes quosuis, qua
fuerit liberalitate scitis. Interea tamen euenit illi qđ
scriptũ est. Alii diuidunt propria et ditiores fiunt. Alii ra-
piunt non sua et semper in egestate sunt. Sicut eiã apud vi-

emos factu videtis qui pluzima zapuerunt non sua qui templa spoliauerunt qui mnistros Dei suis fructibus fraudauerunt eos ad sūma tandem egestatem recidisse Sic contra noster hic quo fuit liberalior in Ecclesias et earu ministros quo pluza tribuebat egentibus hoc abundabat magis hoc maiores opes reliquit Adeo verū est illud Fenerat dño qui miseretur pauperis et vicissitudinē suā reddet illi Sed reliqua lectionis huius videam⁹. Qui probatus est in quit in illo in telligi⁹ mauro Diuitie enī et potentia dicit recte quidā Ethnicus certissimū faciunt morū experimentū Aut enī meliores propter hec aut peiores sumus quod enī index auro hoc auru est homini illud enim indicat qualis quisq; sit Sic probati sunt in auro Melchisedech Rex Abraā Isaac Jacob Joseph Dauid et perfecti inuenti sunt Sic post Christū quoq; natū sancti Reges nonnulli probati sunt Et inter alios Rex hic noster probatus est in auro et perfectus inuentus est vicit auru non est victus ab auro Et erit illi gloria eterna hoc premiū accipiet vel accepit ia Audiuisse enī enim speramus iucundā illā vocē et omnibus expetendā Euge serue bone et fidelis quia supra pauca fuisti fidelis supra te multa constituā Intra in gaudium domini tui Sequitur in contextu Qui potuit transgredi et non est transgressus et quasi exponens quid sit transgredi subiungit facere mala et non fecit his verbis elatus iam explicat Jesus Sirach quo modo dues in auro probat⁹ et perfectus inuentus sit Nemo enī transgrediendi potestatem habet maiorem quā qui dues qui potens est cui fluunt ad voluntatem omnia Quicquid si velit non pecunie transgredi potest neq; enim parem habet facultatem non desunt qui libere admoneant qui prohibeant qui metu etiā inuicto in officio contineant ut si minus virtutis amore saltem pene formidine a peccato arceatur propter ea

paupertatem Augustin⁹ philosophie Magistra vocat.
Chrisostomus vero quanda esse dicit manuductionē in via
que ducit ad celu. Vnctionem Athletica exercitationem
magna et admirabilem, portu tranquillu. Opes contra re-
cte quida vocauit irritamenta malorū. Nam et Sodoma
non alia memorantur inquitas nisi superbia. saturitas
panis et abundantia et ocium. Negz sine causa Poeta Plu-
tu cecu finxerunt. non solu quod citra discrimen diuitie
dignis contingunt aut indignis. verū etiā quod quibus
contigerunt. eos cecos reddunt ac plerunqz dementant.
accedente presertim turba assentatorū. qui ex stultis risa-
nos faciunt. qui ad gratia omnia loquunt⁹. quorū hac nostrāqz
voces audiuntur licere Principi quodlibet, esse Principē
solutu legibus. quod Principi placuit vigorem legis obtinere
Magna est hec magnorū vitiorū infelicitas. quod non fere
veritatem audiunt. Vnde quida dixisse fertur. Diuitu et
regū filios nihil recte discere nisi equitare. Nam sine litte-
ras sine palestra. sine aliud quidquid docent⁹. assentatri
omnes cedere ac submittere se. solū equū non intelligentem
priuatus ne sit sessor an Rex. diues an pauper. precipitare
si quis autem equitandi nesciat. Caterū quo difficilius est
diuitem: et qui cū Imperio versatur non transgredi. hoc est
preclarius. Recte ergo beatu vocat Jesus Sirach diuitem
qui potuit transgredi et non est trangressus. hoc est facere
mala et non fecit. Nam vitiū in transgressione virtus est
in modo. Sicut enī sanū dicimus corpus in quo temperate
sunt qualitates. vt negz frigus negz calor. negz siccū excē-
dat. aut humidū. Si quid autem horū transgredit⁹ morbū
vocamus. Ita est sanitas quida animi qua virtus dicit⁹
que in mediocritate consistit vbi temperate sunt affectio-
nes. Est rursus morbus qui vitiū in transgressione
que nihil aliud est qua declinatio vel in dextra vel in

m ſiniſtra. hoc eſt quod per Moiſen præcepit Deus. Via regia
ambulabis et non declinabis neqz ad dextra neqz ad ſini-
ſtra. Via regia temperata eſt nec plus in ſe habens nec
minus. Verbi gratia prudentia via Regia eſt neqz ad
dextram declinat qui plus ſapit qua oportet ad ſiniſtra qui
minus qua neceſſe eſt tranſgredit vtezz tranſgrediendo
peccat. Via regia incedit qui modu ſeruat qui ſicut Paulꝰ
admonet ſapit ad ſobrietatem. Rex hic noſter potuit
tranſgredi et non eſt tranſgreſſus. non declinauit ad
dextra cu ſciret ſcriptu eſſe. Noli altu ſapere ſed time
Et rurſus non plus ſapias qua neceſſe eſt ne obſtupe-
ſcas. Reuera ſi quiſqua alius hic eſt grauiſſimus animi
morbus ſi quis apud ſemetipſu prudens eſt: quod pro-
hibuit Paulus dicens. Nolite eſſe prudentes apud vos
metipſos. Propheta quoqz comminat talibus. Ve
inquit qui eſtis ſapientes in oculis veſtris et coram vobis
metipſis prudentes. Inde hereſes inde exiſtunt
ſchiſmata du ſe ſolu quis intelligere ceteros omnes de-
ſipere ſibi apertos oculos ceteros in vniuerſu cecos eſſe
putat. Sed audite quid dicat cuiſmodi dominus. Si
cci inquit eſſetis non haberetis peccatu nunc vero
dicitis quia videmus peccatu ergo veſtru manet.
Cur malu iſta eſt cecitas mentis ceteros omnes ce-
citatis condemnare ſibi ſoli apertos eſſe oculos exiſti-
mare? Vnde autem ca oritur niſi ex inobedientia
Sic primi parentes noſtri poſtqua ab obedientia Dei
recceſſerunt et de vetito ligno ſcientiæ guſtauerunt dicit
ſcriptura quod aperti ſunt oculi eoru. Sic et Jonathe
cu contra ſui patris interdictu de melle guſtaſſet illu-
minati ſunt oculi eius. Sed ve illis quibus ad hunc
modu aperiuntur et illuminantur oculi. Per hanc cu
illuminationem et Adam e paradiſo eiectus et Jonathas

regni successione primatus est. Caucant ergo sibi qui ab
Ecclesia obedientia cum recesserint apertos sibi oculos esse
gloriantur. Ireneus illum Gene: locum explicans. Ex omni
ligno paradisi comede, de ligno autem scientie boni
et mali ne comedas. Ab omni inquit scriptura domini:
ca manducate, super elato autem sensu ne manducane:
tis ne velitis esse sicut dii ne velitis esse similes al:
tissimo, sicut ille qui propterea de celo detrusus est
Ne velitis solis vobis verum scripturarum locum arroga:
re. Que bona quidem sunt, sed elatus sensus malus est
Elatus autem sensus est, sensus primatus, sensus singularis
sensus ab Ecclesie sensu dissidens, quemlibet modum qui suum
quisquis non Ecclesie spiritum sequit, cuiusmodi dominus comi:
natur dicens, Ve prophetis insipientibus qui sequuntur
spiritum suum, et nihil vident. Fugite per Deum mimorta:
lem fugite talem sapientiam que non est desursum descen
dens, sed terrena animalis diabolica. Quis cum fructi
cuius nisi Zelus amarus nisi contentio, cum ea que de:
sursum est sapientia, primum pudica sit, deinde pacifica
modesta suadibilis, bonis consentiens plena misericor:
dia et fructibus bonis. Hanc dilexit Rex noster am:
plexus est huic nitebatur. Non est exaltatum cor eius
neque elati sunt oculi eius. Non ambulabat in magnis
neque in mirabilibus super se. Altiora se non quirebat
fortiora se non est scrutatus. Non erat inter alta sapien
tum inter humilibus consentiens in captiuitatem
redigebat intellectum suum in obsequium Christi, et corpori
eius Ecclesie: atque ita non declinabat in dextram ut sa:
peret plus quam oportet sapere, sed nec in sinistram decli
nabat, ut minus saperet quam necesse est, et imprudentia
peccaret, quod fit ab his qui temere agunt et preci:
pitanter. Cum puer esset sancte fuit a parentibus edu:

catus

educatus negz leuiter sacris bibliis imbutus et in Salomo-
nis ac Jesu Sirach scriptis diligenter versatus. Ibi legerat
ante omnem actu' stabile consiliu' precedat. Via stulti recta
in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia, qui agũt
cuncta consilio reguntur sapientia, salus vbi multa con-
silia. Talibus preceptis puer imbutus, quoniã non pri-
uata' sed publica' totius Regni se persona' sustinere intelli-
gebat vt negz recti facere nisi publico omniu' bono, ne-
gz peccare nisi publico omniu' malo posset. non vlla de re
sine consilio Senatoru' quicquã statuebat, quin etiã leuissi-
ma de re questus non nisi deliberatus respondebat. Memor
eius quod scriptu' est, sit autem omnis homo velox ad audiendu'
et tardus ad ira', quare sermones ad mensura' proferebat
examinatos libra iustitie, vt esset in sensu grauitas in ser-
mone pondus in verbis modus. Videtis ergo, quomodo
prudenter et sapienter omnia faciendo rex noster trans-
gressus non est quomodo via Regia incessit non declinando
in dextra' vt plus qua' oportet sapiret negz in sinistra'
vt minus sapere videretur precipitanter aliquid agendo
Nunc ad filia' prudentie fortitudinem veniamus. Ita' qua
prudentia destituta est fortitudo, ea nomen fortitudinis
non meretur. Propterea Tres Sctos iungit hec duo, spiritu' consilii
et fortitudinis. Destruitur enim (vt sancti illius verbis vtar)
x fortitudo, nisi per consilia' fulciatur, quia quo se plus posse
confidit eo deterius sine moderatione in precipi-
tium ruit. Est
ergo via regia fortitudo quogz. Declinat ad dextra' qui teme-
rarius est et audax, ad sinistra' qui pauidus et formidolosus
Diuiditur autem fortitudo in res bellicas et domesticas.
Vtragz fuit clarus Rex noster. Bellica fortitudo quanta
in illo fuerit tot victoria declarant, quas insignes de suis
hostibus reportauit. fuit enim animo nuperterito, vt quoties
necessitas postularet obiicere periculis vita' sua' non dubi-

taret atq; ita ni sinistra' non declinabat. multo minus autem ni dextra' Nulla cui'a re magis fuit qua' a temeritate remotus. Lacas cui'et tranquillitatis studiosus propulsabat magis bellu' qua' ni faciebat neq; nisi necessitate compulsus bella suscipiebat. quod quanta mala secu' traheret non ignorabat neq; aliud ni suscipiendo bello qua' pacem quaerebat Non ille sui fiducia peccabat. qua' presumptionem vocant multo minus pusillanimitate. Sed magno quoda' et excelso cu' esset animo, nulli neq; homini neq; perturbationi animi neq; fortunae succumbebat. Non metu frangebatur non potestate mutabatur. non extollebatur prosperis non mergebatur tristibus. Idem ni illo vultus eadem semper frons apparebat. cu' nulla mentis qua vultus fingitur. ficret mutatio. Philosophoru' quorunda' est sententia. Sapientis animu' talem esse qualis est supra luna' mundi status, semper illic serenu' est nulla apparent nebula, nulla pluuiq; nulla tempestates. talis erat animus Regis nostri, ni quae nulla prope modu' perturbationes cadere visa sunt, vt non verbo magis diceretur qua' esset re ipsa Serenissimus. Nam non modo tranquillus ipse fuit. veru' etia' tranquillabat et serenabat omnia non suo modo ni Regno veru' et ni aliis vbicunq; ciuile bellu' excitari cognouerat. sedare prout viribus conabatur. quanto labore quanto sumptu suo, de Regno Hung. inter se armis disceptantes, Ferdinandu' et Joannem Reges ni gratia' reducere nitebatur? Quanto studio contendebat. vt inter Imperatore' et Gallia' ac Dania Reges pacem conciliaret. De sedanda vero seditione nuper ni Germania cohorta exorta credibile non est qua' sollicitus fuerit. Neq; sumptibus parcebat vllis, quoties id aut Christiana reipub. necessitas, aut Regni sui rationes, aut sua (ut fas) dignitas postulabat. Testantur hoc impense facte ni legatos, qui de componendis Regibus

Christianus non semel missi fuerunt: et in eos qui missi ad se essent liberaliter haben. Testantur effusæ ex fisco pecuniæ in militem in suis alendu in sarcienda damna quæ semel et iterum per latrunculos quosda ex terris M^tis eius Turcis et Tartaris illata fuerunt: in Tartaros muneribus delinitendos: quo eos quasi in sua haberet sempca potestate. Testantur soluta militibus stipendia quæ à Joanne Alberto et Alexandro fratribus debebantur. Dotes quatuor sororibus numerata quæ a fratribus promissæ neqz tamen missæ fuerant. Filiabus vero duabus quibus qua Laraybernoru nomine addita fuere dotem etia prope modu superabant. Testantur tot in sane substructiones in hoc Cracoviæ in Vilnæ in Sandomiziæ in Camenecæ Leopoliæ Coroniæ Castro et alis in multis locis. Nullus vt uno hoc in Polonia fuisse Rex magnificentior vidcatur quod quidem per hunc potissimu illustratu est: et celebrius factu qua fuit vnqua antea. Ipse splendorem in hoc Regnu ipse politia primus intulit cu inter barbaros antea numerati fuissemus. Fuit ergo Rex noster magno et excelso animo in rerum externarum deficientia. sed non minore in perferendis doloribus et aduersis tollerandis quibus nequaqua animus eius frangebatur. Nam siue a Deo immittebantur aliqua vt morbi et grauissimi toti corporis cruciatus quos sæpe sustinebat non sine quada admiratione beati Job in eo patientia videre licuit, non modo murmurare contra Deu auditus non est, sed ne verbu quidem asperum contra quenqua aliqd proferre visus est. Siue etia Satana insidiis tentaretur fortiatqz infracto animo confisus in eo qui vicit mundu qui conculcauit Leonem et Draconem omnia tela nequissimi ignea: scuto fidei pro virili sua extinguere conatus est. Deo conatu eius adiuante. Siue homines etia aliqn persequerentur maledictis iniuriis contumeliis nec cesserent

non alio animo tulit hec qua' tulerat olim Dauid Semei sibi ma-
ledicentem - memori illius quod scriptu' est - Melior est patiens
viro forti - et qui dominatur animo suo expugnatore vrbiu'
Recti se conscientia consolabatur - neqz aliud magis et ho-
nestius vindicte genus esse persuasu' habebat qua' igno-
scere. Quod in magni cuiusda' Imperatoris laudibus po-
situ' acceperat - cu' obliuisci nihil solere nisi iniurias - id
ipse eta' imitabatur - vt eta' superior euadere conaretur.
Nam non ignoscebat modo - verum' eta' diligebat inimicos suos
iuxta Christi preceptu' - et bene faciebat his qui oderant
eum. Non vincebatur a malo - sed vincebat in bono
malu'. Ac bona pro malis reddendo carbones ignis con-
gerebat super capita persequentiu' se - atqz vna hac re te-
statu' cunctis faciebat - se filiu' esse altissimi qui benign'
est eta' super ingratos et malos - Neqz vero in his modo
rebus fortitudo eius lucebat - sed cu' illud memoria teneret
non qui ceperit - verum' qui perseuerauerit vsqz in finem sal-
uus erit - summa in eo fuit laus perseuerantie - Non ille
vt pazmulus fluctuabat - neqz circumferebatur omni
vento doctrine. Non erat similis fluctui maris qui a ven-
to mouetur et circumfertur - sed cu' esset fundatus super
petra' - nulle pluuie - nulle flumina nulli venti irruen-
tes dimouere eu de recto sensu - deqz vera Christi fide po-
tuerunt. Dicebat cu' Hieronimo - Illam senex teneboſiq
ni qua iuuex natus fu' - sed et alios omnibus in dictis factis
qz suis summa fuit constantia. Neqz transgredicbatur vel
ad dextra' declinando - vt esset pertinax et pracfractus
quo vitio nullu' potest esse - ni principe presertim mains
vitiu' - vel ni sinistra' vt esset mollior qua' oporteret.
Dabat ille locu' rectis consiliis - neqz suo iudicio tantu'
tribuebat - quin cederet consencienti iudicio et volunta-
ti Senatoru' suoru'. De quoru' consilio si quid statuisset

de eo prmsqua ad decrepitã senectutem peruenisset nulla se ratione deduci patiebatur. Fuit ergo fortitudinis quoq3 laude beatus Rex noster: neq3 transgressus est: vt vel in dextrã vel in sinistrã declinaret. Est via regia temperantia quoq3 quam ordinem et modũ quendã esse volunt omniũ quæ fiunt quæq3 dicuntur. Hunc ordinem et modũ transgreditur qui vel in dextrã declinat vel in sinistrã. In dextrã declinat qui sensũ omnem et humanitatem refugit: qui etiã ab ijs abstinet sine quibus natura conseruari non potest. Cũ rationabile paulus obsequiũ nostrũ iubeat esse. Timotheũ etiã hortat̃ vt ab aqua abstineat vno modico vtatur propter stomachũ. In sinistrã qui nimio plus voluptatibus indulget. sine qua ex cibo sine qua ex potu. sine qua ex rebus obscenis percipiunt̃. At his quoq3 rebus cũ transgredi nequeat potuerit transgressus tamen non est. Cuius quæ fuerit verecundia quanta honestas meministis omnes. Non in factis ea modo verũetiã in sermone relucebat qui nihil inconcessũ resonabat nihil seuerius. nihil nimirũ plena fuit grauitatis oratio: et si cũ esset animo remissiore a iocis non abstinebat. verũ his ciusmodi qui nihil de eius grauitate prorsus decerperent. Neq3 in oratione modo. sed etiã in vultu. in statu. in incessu in motu etiã corporis decorũ illud regiũ apparebat. vt si quis etiã non nouisset. Hæc tamen cum vidisset ad regiam personã sustentandã a natura factũ diceret. Abstinentia, vero fuit singulari cuius rei argumentũ est quod sicut ille in vtero sanctificatus vinũ et siceram non bibit. Qua tũ in re transgressus non est neq3 modũ excessit. Non declinauit in dextrã. vt ad extremũ vsq3 vino abstineret. Sed cũ ingrauescente ætate sua dicerent medici vt suæ valetudini consulendo vino vteretur. dicit

locu corum consiliis. Sed non ita vt vel mi sinistra declinaret et libendo modu excederet qui nunqua mi vita sua obzmis visus est. Loxxo quod ad cibos attinet minime fuit delicatus. Bis quidem mi dic, sed non plus tu qua appeterat natura comedebat. Jeiunia vero ab Ecclesia indicta sancte obseruabat, non q cibu aliquem esse immundu iudicaret, vel q regnu Dei escam esse et potu putaret sciebat ille q omnia munda essent mundis, q omnis creatura Dei bona esset, q esca nos non cómendat Deo, neqz si manducauerimus abundabimus, neqz si non manducauerimus deficiemus. Atqz ita nihil aliud ieiunando spectabat, qua vt carnis desideria frenaret. Sine cerere enim et bacho friget venus, vt exemplo Danielis, ad contemplationem Dei et beneficiorum eius mentem redderet magis idonea vt quæ cibo plerunqz deprimitur ca per abstinentia mi sublime tolleret. Denigz vt Ninivitaru, vt Samuelis, vt Dauid, vt Esdræ, vt Sarræ filiæ Raguelis, vt Judit, vt Hester, vt Machabeorum exemplo Deum peccatis suis iratscentem placatu reddere. Didicerat enim preces bona esse oratione cu ieunio et Elemosina, quod cu oratio pulsat impetrat ieunium, accipit Elemosina vt sibi inuicem tria hæc vita dent. Est enim orationis anima ieunium ieunii vero vita Elemosina, sed hac quoqz in parte non est transgressus. Ita cu valetudo illius id visa est postulare de consilio vtriusqz medici petitos etiam ab Ecclesia cibos sumebat: neqz ita anxie ieunia obseruabat, quin esse dandu aliquid necessitati putaret extra qua non ea temere vnqua violabat. Qua cu abstinentia fuerit nihil mirum est. Si fuit apud eu honorabile connubium, thorus immaculatus, felix matrimonium, qui nescit thoru indelicte, qui fidem vxori data vita seruauit, vt eam fregerit nunqua. Habuit vxores duas

vna Stephani Comitis Sceptusien filia. Joannis Vng. Regis
sororem. Barbara nomine sanctissima famina. Altera
que superstes illi est. Bona Joannis Galeacii Sybozcie Du-
cis. Mediolanen et Isabella ex Azagonia Rege progna-
te filia. en vtraqz ita vixit vt preter eas famina agno-
sceret nulla. Neqz vero in hiis modo. que vel ad cibu vel
ad potu vel ad earnis desideria pertinent. tanta fuit
abstinentia, verum in affectionibus etia animi moderandis
incredibili fuit continentia et cu potuerit transgredi
transgressus non est. Non est transgressus aliquo crudelitatis
genere, cu fuerit clementia singulari. vt multo verius
ipse qua Artaxerxes dicere potuerit. Cum pluribus gen-
tibus imperarem. volui nequaqua abuti potentie magnitu-
dine. sed clementia et lenitate gubernaba subiectos. vt
absqz vllo terrore vita silentio transigentes. optata cum-ꝑ
mortalibus pace fruerentur. Ita quem libru puer edidi-
cerat. ni eo scriptu esse meminerat ꝙ clementia preparat
vita. ꝙ misericordia et veritas custodiut Regem. et
roboratur thronus eius clementia. Neqz eu alia virtus
ulla magis facit ad conciliandas hominu studia. qua clemen-
tia que principem decet maxime. cu nihil ea sit lau-
dabilius. nihil magno et preclaro viro dignius. hanc ergo
virtutem ita fuit amplexus Rex n̄r. vt non aliud vitiu
fere eius manus esse diceretur. qua quod esset in sontib⁹
plectendis remissior. Cuitaqz eu hortatus quida fuisset
ad severitatem. qui scis inquit nra te eam exorsuz esse
Nonne fuit insignis hec eius clementia quod cu necessariu
contra suu Nepotem in Prussia bellu suscepisset. postea qua
eos omnes qui militatu ad illu contra se profecti fuerant
sub potestatem sua subiunxit. cu vita in eos necisqz
potestatem haberent non modo non occidi quenqua passus
est. sed viatico instructos benigni etia haberi atqz

ad fines vsq3 Germanie deduci iussit / ne qua vis eius a
quoqua' inferretur adeo clementis. Princeps aliene san-
guini tanqua' suo parcebat. Neq3 vero sola in eo clementia
sed et mansuetudo fuit admirabilis. Tantu' enim ab eo abfuit
vt per ira' gra'm in quenqua' animaduerteret vt ipsa' eti-
am ira' ita frenaret vt non modo factu' verum ne verbu'
quidem vllu' asperum ex ore eius iracti audiretur. Nam
et hoc scriptu' legerat. Fili mi mansuetudine opera tua
perfice / et super gloria' hominu' diligeris. Nulla res aque
facit hominem deo dilectu' et hominibus / vt mansuetudo
In sacris bibliis. Moisis. Ioseph. Dauid preferetim laudat
mansuetudo / sed nullo horu' fuit inferior princeps hic
omniu' quos etas hec nostra vidit mansuetissim9 / qua
sua virtute in sui cunctos amorem rapiebat. Quis enim
non amaret Christi imitatorem Regem / qui cu' male dice-
retur non male dicebat cu' paterentur non co'minabatur
quin potius reddebat bona pro malis / benefaciebat perse-
quentibus et calumniantibus se. Has eius virtutes orna-
bat modestia singularis. Nulla in eo cernebatur animi
elatio / quin illud quod puer didicerat diligenter obseruabat
Quanto maiores / tanto te magis humilia in omnibus et
coram Deo inuenies gratia: ac Tobie precepti memor
Nunqua' ille superbia' in suo sensu aut in suo verbo domi-
nari permisit / semper illud in corde versabat. Rectio-
rem te posuerunt noli extolli. Esto in illis quasi vnus
ex ipsis / cura' illoru' habe / quodq3 a Christo dictu' est
Reges gentiu' dominantur eoru' et principes eoru' potesta-
tem habent ipsoru' / vos autem non sic / sed quicunq3 fie-
ri voluerit maior fieri / erit vester minister / Et quicu-
q3 voluerit in vobis primus esse / erit omniu' seruus. Non
est igitur elatu' cor eius in superbia' super fratres suos
sed ita cu' subditis suis viuebat / sicut pater cu' filiis.

quare ad officiu' suu' regnu' pertinebant carnalem ita
fuit studiosus vt a vitio curiositatis longe abesset scieba
diuisa esse purpurea et sacerdotiu' : ad Regem Palatia ad
sacerdotes Ecclesias pertinere Imperatorem et Regem bo-
nu' sicut scribit Ambrosius, intra Ecclesiam esse non supra
Ecclesia' Itaq; nihil sibi iuris vendicabat in Dei ministros
neq; aut de moribus illorum aut de fidei causis cognitio-
nem sibi vsurpabat quam non suis ordinis esse intellige-
bat, sed Constantini Gratiani et aliorum laudatissimorum
Imperatorum ac maiorum etiam suorum exemplo libera de-
iis iudicia sacerdotu' et Episcoporum esse volebat. quod ab
illis esset decretu' reuerenter exequebat' neq; se in eorum
officiis ingerebat, memor eius quod Ozię Regi acciderat
qui thuribulu' ferens : et contra legem sibi Dei sacrificiu'
violenter assumens resistente sibi Azaria sacerdote, cui
obtemperare nollet : et cedere diuina indignatione con-
fusus et varietate lepre, in fronte maculatus est : ea
parte corporis notatus a domino, vbi signantur qui domi-
nu' promerent'. quodq; euenerat Ozię, qui cu' extendis-
set manu' ad arcam Dei, iratus est indignatione do-
minus contra eu' et percussit eum super temeritate
qui mortuus est iuxta arcam Dei. sed de hac temperatia
illius : deq; modestia singulari dicta sufficiant. Restat
ea qua mater est et Regina virtutu' omniu' iustitia de
qua pauca cu' dixerimus finem sermonis faciemus.
Sic quoq; transgressus non est Rex noster. Nam' si
transgredi et sic liceret, non diceret sapiens : Noli esse
iustus multu'. Iustus vero multu' est, qui non habita
ratione equi boni, summo iure facienda putat omnia
cui etiam proverbio sit usitatu' summu' ius summa iniuria
summam esse crucem, quiq; magis ad seueritatem
inclinatus qua' ad misericordia est proclivis. Quod

qui facit is declinat ad dextra sicut ad sinistra declinat
qui remissior est quam oportet in administranda iusti-
tia. In neutram partem declinauit Rex noster sed
incessit via Regia: modo in severitate modum serua-
uit in indulgentia. Quod si alterutram in transgressus est
in multis enim offendimus omnes indulgendo magis trans-
gressus est quam seuerius animadvertendo. quod in hanc
partem citius peccare solet. Neq vero ita legum apices
consectabatur, vt non mentem totius legis inspiceret
vt non aequi boni simul rationem duceret. Cauit ante
omnia summo studio ne cui noceret ipse: ne cui iniusta
de facta per se iniuria querendi occasionem daret. Neq
solutus legibus quin alligatus illis totus esse cupiebat
neq aliunde quam de iuris auctoritate sua auctoritatem
pendere volebat. quod maius esse iudicaret imperio
submittere legibus principatum. nec satis habuit ipse ab
inferenda iniuria abstinuisse. misi memor officii sui regii
propulsasset etiam si quis alius cuiquam intulisset. Judex
fuit incorruptus. vt qui ab odio ira amicitia et omni
cupiditate vacuus esset. faciles ad eum erant aditus. Ju-
ris dicendi laborem nullum prorsus declinabat. Totis
interdum octo horis et amplius etiam sicut ipsi memi-
nistis cognoscendis causis praesidebat. Cum nihil interea
vere beatus dicas iste noster nisi iustitia esuriret atq
sitiret. Audiebat aequanimiter vtramq partem summa
cum patientia. Quamdiu vellet dicendi cuiq potesta-
tem faciebat. Mane cum pro tribunali sedisset ad vespe-
ram usq causas nonnunquam cognoscebat. cum prior esset
apud eum suum cuiq tribuendi quam valetudinis conseruan-
dae ratio. Extremis tamen temporibus his quoniam le-
cto placuitq fuit affixus a causarum cognitione su-
persedebat. Nihilominus quamlibet affecta et aeta-

eius et valetudo fuit, simul vt a morbo suo paululu
erat vecreatus ad officiu' suu' redibat, quo ou' rarius
fungeretur, vno et altero anno ante obitu' propter
ingrauescentis morbi vim, inde nata sunt hominu'
querimonia, quod se uis suu' consequi non posse dicerent
cui' tamen rei nulla penes ou' culpa residebat, volunt,
ou' ille sed vis morbi non permittebat. Tanta autē
fuit de bello omniu' iustitia opinio, vt ou' praesse iu-
diciis ipse non posset non cognosci causas, qua' ab alio
quopia' preter iustissimu' Regem suu' iudicari mallēt
quemia' vero late patet nomen iustitia, sub qua virtus
omnis continetur. paulo de ea fusius dicendu' nobis erit
vos quod facitis attente quaeso audiatis. Iustitia funda-
mentu' fides est, quam volunt esse dictoru' factoru'q; con-
stantia' et veritatem, qua si iu quoqua' alio fuit morta-
liu' fuit in hoc Rege nostro maxima. Erat ou' verbu'
illius, est est, non non. nihil fuit cui' promisso certius:
vt in vtramq; ia' aurem ei dormire licuerit, ou' quod
ipse promisisset. Quod prius futuru' esset vt ca'lu' rueret
qua' vt promissu' ille non faceret, nihil in eo fallax in-
sit multiplex, sed erat vir ille simplex et rectus ac ti-
mens Deu', sed nobis nunc alia de fide preter hanc di-
cere propositu' est de ea qua' nulla bona opera prece-
dunt: ex qua omnia procedunt. neq; ou' alūnde opera
nostra bona sunt nisi ex fide, qua' si tollas iam is est
prudentia iam is est fortitudo iam is est temperantia:
iam is est iustitia, iam is est virtus omnis, neq; vir-
tus dici meretur. Cu' omne quod non est ex fide pecca-
tum sit, sola fides est quae nos a peccatis omnibus pur-
gat: quae mentes nostras illuminat: quae Deo nos recon-
ciliat: quae cunctis participibus naturae nostrae con-
sociat, quae remunerationis futurae spem nobis inspirat

qua sanctas virtutes in nobis auget qua nos in eam' pos-
sessione confirmat. Tolle fidem omnem simul virtutis pos-
sionem sustulisti. qua enim est virtus nostra? qua sapientia
nostra? qua iustitia nostra? qua sanctificatio nostra?
nisi dominus noster Jesus Christus qui factus est nobis
hec omnia qui sanguine suo nos redemisset: nemo aliquo
eni' suo merito, virtute ulla preditus nemo iustus nemo
nostrum sanctus esset. fides ergo in Jesu Christu hec est
iustitie nostre fundamentu' super quod si quid edificave-
rimus id stabile futurum est. hoc fundamentu' fixum fuit
et immobile in regno nostro ad extremu' usq3 spiritu'
eius sicut exitus eius ex hac vita declaravit. Non va-
cillavit fides eius, non passus est ille se transferri ab
eo per quem vocatus erat in gratia' in aliud euangeliu'
quod non est aliud nisi sicut dicit Paulus, sunt qui vos
conturbant, et volunt convertere euangeliu' Christi.
Non passus est abduci se doctrinis varijs et peregrinis
ab his iuxta Pauli preceptu' declinabat, qui facerent
dissensiones et offensiones preter doctrina' quam didici-
mus memor illius quod ab eodem Paulo scriptu' est Li-
cet nos aut Angelus de celo euangelizet nobis, preter
quam euangelizavimus vobis, anathema sit sicut predi-
ximus et nunc iteru' dico. Si quis vobis euangelizave-
rit preter id quod accepistis anathema sit. Permanebat
in fide fundatus et stabilis, et immobilis a spe euangelii
quod audierat: facile ut appareret eu' esse fundatu'
supra firma' petra'. Et quoniam fidei comes individua
spes est, hac semper fuit in Deu' fixa et stabili. Non
ille in curribus et in equis, non in sextili Solis, nec in
trenio Jouis sed in nomine domini fiducia' sua' collocа-
bat, cui cum sciret non esse difficile saluare, vel in mul-
tis vel in paucis parua semper manu in solo Deo spe

sua

sua collocata magnos exercitus vicit fudit fugauit. Quoti-
es eum difficultates aliqua premebant: non alio confugiebat
quam ad Deum qui est sentum omnium sperantium se. Illi dicebat
quoniam fortitudo mea: et refugium meum es tu spes mea a iuuen-
tute mea: propter nomen tuum educes me et enutries me
educes me de laqueo quem absconderunt michi quoniam tu
es protector meus. Neqz eum spes unqua fefellit in Deo
collocata qui non deserit unqua sperantes in se. Sic enim ille
sperabat Hac temporalia tanqua media quedam per quem
transeundum esset ad extrema. Anchora[m] niterea spei sua
figens in solo Christo qui vita eterna vita est finis finis be-
ata. Hoc solo prae omnibus rem desiderabat ad fidem certi-
tam et spem firmam qua in Christo defixerat accessit maior
horum charitas qua fidei qua virtutum omnium vita est sicut
enim vita corporis est anima per qua corpus mouetur et
sentit. Ita vita fidei charitas est per illam enim fides ope-
ratur Et sicut anima recedente corpus moritur ita fi-
des quoqz moritur charitate refrigescente sine qua neme
Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare nec poterit
hec est excellentior illa via qua per se ambulantes ducit
in patria[m] qua recte via vocatur. Na[m] sicut sine via per-
venit nullus quo tendit ita sine charitate non ambulare
possunt homines sed errare. Neqz licet in patriam cele-
stem nisi per viam charitatis peruenire qua in Rege no-
stro quanta fuerit ex his qua dicta de eo audiuistis facten[i]
coniectura[m] facere licet. Vnde enim virtutes omnes quas
enumeraximus nisi ex fonte manabant charitatis. Cius
autem charitat[is] qua est ex corde puro et conscientia bo-
na et fide non ficta qua[m] finem precepti qua[m] plenitu-
dinem legis qua[m] unionem perfectionis vocat Paulus
non ille sibi se sed potius his quibus praerat natum esse
putabat quin potius non hic modo quibus peccat uerum etia[m] humano

precipue vero Christiano generi vniuerso. Omnes ille Chri-
stianos haud aliter atqz membra sua diligebat memor
illius quod a Paulo scriptu est. sicut in vno corpore mul-
ta membra habemus ita multi vnu corpus sumus in Chri-
sto. singuli autem alter alterius membra. Itaqz non qua
sua sunt querebat. sed qua alioru: non ad sua' priuata'
sed ad publica' omniu' vtilitatem. omnia sua consilia om-
nes actiones referebat. omniu' hominu' necessitates suas
esse necessitates reputabat. quicquid cuilibet hominum
necituru' esset. haud aliter atqz sibiipsi necituru' propulsa-
re conabatur. Et homo eu' esset Rex presertim. nihil hu-
mani a se alienu' existimabat. sic eu' ille iudicabat. bel-
luaru' esse. sibi viuere. nec suas vtilitates sibi in cómune
conferre. Ad homines vero Christianos presertim perti-
nere maxime. vt haud aliter alioru' cómodis atqz suis
ipsoru' prospectu velit neqz secus. aut prospera aut
aduersa aliorum qua' suis ipsoru' rebus afficiant'. vt sit
illud in corpore Christi. quod est in corpore hominis.
Si quid patitur vnu' membru' compatiunt' omnia membra.
Ferarum enim est proprium inimicum persequi. lacerare perdere
hominis contra excellentia nihil magis conuenit qua'
vt alteruter' iuuent. ministrent. edificent. et vtilitatem
cómunem tanqua' propriam ac magis etiam qua' propria' cu-
rent. Omnia itaqz Dei bona quibus vt auditis Rex noster
erat affluenter dotatus. non ad sua' ille neqz ad suoru' tan-
tu' sed ad totius reipub. Christiane vtilitatem conferre-
bat. Non sibi ille prudens fuit. sed suis primum. subditis
quibus pre ceteris tenebatur. deinde ceteris omnibus
Christianis presertim. Prima illi cura fuit de suoru' có-
modis ocio et tranquillitate. proxima de Christianoru'
aliorum Regu' et Principu'. postrema vero de suis.
quam ab rem quicquid illi Deus ingenii. quicquid con-

Fsine gl ociatur
omnia membra
congaudent cia
membra

silii, quicquid solertiæ concesserat, id ad suorum primum salutem sui secerunt: deinde ad reliqui corporis Reipub Chri-
stianæ nicolaumitatem conservandam conferebat. si quan-
do incendium aliquod non modo inter propinquos Reges
et Principes, sed etiam inter illos qui longo intervallo a
Regno suo disiuncti essent excitatum cognouisset. Haud
aliter accurrebat ad restinguendum illud quam si suos
ipsius parietes ardere vidisset. Legatos illico mittebat
qui vt arma ponerent ne in sua ipsorum membra ferrum
stringerent vt ciuili bello abstinerent, vt in Barbaros
totius communes vires conferrent et a Christianorum
cervicibus durissimam seruitutem repellere conarentur
pro viribus suis persuaderent. quæ sollicitudo cuius cum aliis
fere omnibus Christianorum bellis, vt audistis apparuit
tum in ea seditione maxime, quæ nuper in Germania
fuit concitata, quam ille non minore studio quam si in Regno
suo coorta esset, reprimere studuit se cum laedi, se lanci-
ari, se premi interpretabatur, si quos Christianos laedi
accepisset, quos eodem quo membra sua loco habebat
omnes. Neque tum in hac sua charitate gradus quosdam non
observabat. Etsi cum Christianis omnibus honestissime
cupiebat, non in alios tamen principes effusus fuit,
suauius quam in Ser.mos et Excellen.mos fratres Imperatoria et Regia Romanorum Mtes quibus arctiore pro-
pinquitatis vinculo fuit coniunctus. Itaque cum falsus Suc
rumor allatus fuisset de infelici Cæs. M.tis successu in
proxima illa seditione Germanica: cum cætera sanus esset
adeo tum fuit perculsus, vt noctem illam totam insomnem
ageret. Postaquam vero lætiora sunt illi renunciata
de rebus illi ~~de rebus~~ illius M.tis ad voluntatem fluen-
tibus etsi maluisset pro sua erga omnes Christiana charitate
suum quemque statum retinere, recreatus tamen est hoc nuncio

accepto. Neq; vero laborare interea desiit vt qui exci-
derant gracia Cesa. M.^tis reduci in eam possent. Sicut aut'
prudens ita fortis fuit non sibi. sed suis primu': et in co'-
mune postea Christianis omnibus. paratus omnia sua.
quin et vitam etia' sua. Christi boni pastoris exemplo
profundere. primu' pro omniu' salute deinde pro totius ouilis
Christiani salute et incolumitate. adeo vilia illi fuerunt
omnia. vilis etiam spiritus ipse. pro eo quod in cómune cun-
ctis expediret. quod si charitatem maiorem nemo habet q;
vt anima' sua' ponat quis pro amicis suis. qua maior esse
poterit charitas qua fuit hec? Et si eni' re ipsa non po-
fuit tamen voluntate. Neq; alia res cum tam fortem redde-
bat qua' illa de qua scripsit sapiens. Fortis est vt mors
dilectio. ad eundem modu' et temperans, ille non sibi tantu'
fuit sed eius omnibus primu'. deinde in cómune toti Rep.^ca
Christiana et mistus similiter. Nolo eni' singulis explican-
dis esse longior. In summa quicquid in eo fuit Dei munerum
que fuerunt sicut audistis maxima non his querebat
q; sibi vtile esset verum' q; multis. Hoc eni' vt faceret im-
pulit charitas: que non quarit que sua sunt. Cui iuxta
Dei precepta' diligeret proximu' sicut se ipsu'. quem dili-
gendo Deu' etia' diligebat. in quo pure colendo ad finem
vsq; vite sue. summa cu' constantia. laude perseverabat
cum nullus eo princeps fuit religiosior. Difficile est de
animo alicuius iudicare que solo Deus pure colitur. qui eu'
sit spiritus eos qui adorant eu' in spiritu et veritate opor-
tet adorare. Sed sicut inuisibilia Dei per visibiles crea-
turas cognoscuntur. ita et nos de inuisibili animo fuit
spiritu Regis nostri. quo ille Deum pure colebat. non pos-
sumus nisi ex et externis quibusda' et inuisibilibus rebus
iudicare. Certu' est deu' non alia re purius coli qua' fide
sed ea fide que per charitatem operatur. Fidem cui

ipsam videre non possumus, sed fructus et opera fi-
dei videmus, hoc est quod dicit Jacobus, Ostende mihi fi-
dem ex operibus tuis. Est enim fides arbor illa bona, quae
fructus bonos facit, fructus fidei qui fuerunt in rege no-
stro audivistis, omnes enim illae virtutes, quas enumera-
vimus, fructus fidei fuerunt. Ad haec accesserunt illae
quas justitias ipse Christus appellat, cum ex fide profi-
ciscuntur, jejunium, eleemosyna et oratio. Nam si victoria
quae vincit mundum fides nostra est, his tribus maxi-
me rebus ex fide profectis mundus vincitur. Omne
enim quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis quae
vincitur jejunio, et abstinentia: aut concupiscentia
oculorum, quae vincitur eleemosynis, aut superbia vitae,
quae vincitur humili oratione. His itaque tribus illorum
ex fide et charitate profectis, vincere mundum, atque
ita Deum pie colere conabatur. Castigabat enim carnem
suam, et in servitutem redigebat, ut ne rebellaret spiri-
tui: neve impediret quominus pure Deum coleret. De-
inde quo magis propitium in membris suis Deum sibi reddi-
ret, necessitatibus sanctorum communicabat, ut faceret
sibi amicos de mamona iniquitatis, memor illius quod
a Christo dictum est. quicquid fecistis uni de minimis mei-
is mihi fecistis, qua in re tam fuit liberalis, ut de illo
recte dici potuerit, quod est in ea lectione, quam hodie
vobis explicandam sumpsi, Eleemosynas eius enarrabit
omnis Ecclesia. domata carne per abstinentiam, et placa-
to Deo per Eleemosynas, tum primum ad orationem acce-
debat. Quando puras manus ad Deum, quibus quidem
orationibus quotidie certis horis vacabat: sic enim a puero instru-
tus erat: quotidie sacrum quod missam vocant magna
cum religione audiebat. Ac quo ad per affectam aetatem
et valetudinem licuit quotidie templum ingrediebatur

dicens cū centurione. Domine non sū dignus vt mitres
sub tectū meū. Indignū eū illi videbat quoad fieri
vires potuerunt, vt ni conclami eius, et non ni eo po-
tius loco, qui est proprie huic rei dicatus, sacrificiū fi-
eret. Sibi ille potius ad eum locū veniendū esse putabat,
non quod non orari posset omni in loco: sz ꝙ qua' domū
sua' qua' orationis domū appellat Deus eam non esse sibi
negligenda' arbitraretur, ~~quoad fieri vires potuerunt~~
~~vt ni conclami eius, et non ni eo potius loco qui est~~
~~proprie huic rei dicatus, sacrificiū fieret. Sibi ille~~
~~potius ad eū locū veniendū esse putabat non quod~~
~~non orari posset omni in loco: sed ꝙ qua' domū sua' qua'~~
~~orationis domū appellat Deus eam non esse sibi negligen-~~
~~dam arbitraretur~~: quodqz ad aliorū etiam pietatem pro-
uocandā non parū eam rem facere intelligebat, si Re-
gem sū publico in loco populus videret, sacra audien-
tem et puras ad deum manus leuantem. Nullū ergo
diem intermisit rex noster quo non vna' atqz altera' hora'
sacris atqz orationibus vacaret, verū id maiore cura festis
diebus faciebat, quibus ceremonias omnes diligenter obibat
non sine magna animi sui delectatione, omnes Ecclesiasti-
tus et precationes, aeque vt ipsi sacerdotes tenere visus
est. Illam vero sacra' hebdomada' prae caeteris diligenter
obseruabat, qua summū Iesu Christi passionis et mortis
beneficiū recolitur. tota' illa' non aliis qua' sacris in rebꝰ
consumebat. Mos illi fuit sancto parasceues die quo se
pro nobis Christus in ara Crucis sacrificiū Deo patri
obtulit, ad tremenda illa misteria accedere, Sunc ve-
ro diem ~~cuncta~~ cum nocte etiam praecedente in audien-
do verbo Dei, in eius beneficiis recolendis in orationibus
et vigiliis peregit, prandiū illi fuit panis et aqua, quo
sumpto, sicut Theodosiū Imperatorem ante mille du-

centos annos fadditasse in Ecclesiastica Historia memoriae proditum legimus circumibat omnia orationum loca et templa Deo dicata in memoria sanctorum martirum obibat. quibus et ipsis tanquam filiis amicis et membris Dei debitum honorem impendebat, colebat enim illos et cultu suo: non eo qui soli debetur Deo quem latriae cultum vocamus, sed eo quem tribui piis et sanctis hominibus oportet, quos Deus dignatus est, non eos largitores verum intercessores tantum agnoscebat. In montes quidem levabat oculos suos sed auxilium non aliunde quam a domino sperabat, in quo solo possunt sancti quicquid possunt. Neq; aliud in sanctis nisi dominum ipsum laudabat, a prophetа admonitus dicente: Laudate dominum in sanctis eius, quem enim laudas, quem invocas, cum sanctum laudas et invocas nisi Deum ipsum? Tolle enim a Petro, tolle a Paulo tolle a Stanislao, quod Christi Apostolus, Christi martir fuit, quid erit in eo quod laudare possis? aut quis erit qui eum invocandum censebit? Denig; F qui sanctorum gloriae detrahit laudat, qui sanctos laudat: Dei gloriae detrahit. Neq; vero sanctos ille tantum colebat, quos esse Christi vera membra Christi persuasum habuit, sed tanta in Deum charitate ferebatur, ut quoslibet ministros eius quamlibet indignos paterna quadam benevolentia prosequeretur. Non ille propter personarum vitia sum sacro ordini honorem non tribuebat: neq; qui essemus ipse, homines cum sumus: et hoc ipse peccatores, sed cuius ministerio fungeremur, attendendum putabat. sicut vulgari proverbio, qui amat aliquem, is etiam catulo eius benigne facere dicitur: sic ille nos indignos Dei catellos, ob ferventem amorem quo Deum prosequebatur singulari quadam gratia et beneficentia fuit complexus:

vt merito nobis quoqz dicere liceat quod in libro me-
morew dixisse quosda legimus. Pater noster mortuus
est. Neqz enim liberis suis maiore cura pater quaesse
nobis prosperu cupiebat, nihil aliud vt dixi spectans in
nobis, qua vnu hoc quod pro Christo Legatione fungimur.
Magna sunt hec erga Dem ew amoris eius documenta, quod
non eos modo qui sunt absqz macula et ruga, sanctos et ele-
ctos Dei, verum etiam quamlibet indignos ministros Dei
ob hoc solu quod ministri Dei essent paterna quada indul-
gentia prosequebatur. Sed non iis finibus eius erga Deu
ardens charitas claudebatur, quin et hoc pro vicili con-
tendebat, vt quicunqz ditionis eius essent ii eundem
quem ipse verum Deu cultu exhiberent. Itaqz ne qua sedi-
mata aut hereses in regno suo existerent prouidebat.
Annus agitur nunc vigesimus secundus, ew nomi quida
motus Gedani essent excitati, contra diuina primu
deinde contra Regia eius M. tem, memoria tenetis
procul dubio quanta celeritate ad sedandos eos accurre-
rit, quanta prudentia represserit, quo modo miserico-
dia iustitia temperauerit. De paucis enim sumpto
supplicio, quod aliter fieri non liceret, omnia nihilomin
ciuibus reliquis integra permisit. De nulla re magis
sollicitus qua vt veterem Dei cultu in ciuitate restitue-
ret, quod etia non magno negotio perfecit. Jam illaradi-
cta ne quis ea in loca proficisci vbi transferunt Gonio-
nes in aliud Euangeliu, ne quis inuehere libros nouato-
ru audiret, quorsu pertinebant, nisi vt retineretur in
regno eius vera religio et verus Dei cultus, nolui
ille disputari de fide. Sed retineri tantu fidem volui
inuiolata atqz iis qua semel a sancta catholica Apostо-
lica Ecclesia decreta essent obtemperari. Idem ciu in-
dicabat, quod Marcianus olim Imperator, iniuria facere

iudicio reuerendissimæ synodi, si quis iudicata semel ac
recte disposita renouere, et publice disputare conten-
deret. Nam si quod ab vnius alicuius Regni populo
approbante principe decretum est in Comitiis id abrogari
per prouinciam aliquem fas non est: quanto minus fas est
ea rescindere aut in dubium vocare velle quæ vnanimi
consensu omnium gentium et populorum qui Christi fidem pro-
fitentur in sacris œcumenicis conciliis constituta sunt
Quam ob rem Gratianum Valentiniani et Theodosii exem-
plo cunctos populos quos clementiæ suæ regerent imperium
in tali voluit religione versari quam diuum petrum Aposto-
lum tradidisse Romanis religio vsque adhuc ab ipso
instituta declarat quamque Pontificem Paulum textui
sequi claret. Cui cipriano teste non aliunde scismata ori-
untur et hæreses quam quod vni sacerdoti Christi vicem
in terris gerenti non obtemperatur. Babilon ibi sit
necesse est non Ecclesia vbi noua cuiusque fidei dog-
mata statuere et ea quæ statuta semel sunt conuel-
lere licet. Nam si quod recte cuique videbitur id senti-
re de fide cuique liberum erat non esset vna fides quæ ab
vno pendeat necesse est si vna esse debet. Cultus autem
Dei verus apud alios esse non potest nisi apud eos qui
id ipsum sapientes in alterutrum secundum Jesum Christum
vnanimes vno ore honorificant Deum et patrem domini
nostri Jesu Christi. multa alia dici possent quomodo
beatus dum es hic noster cum potuerit transgredi trans-
gressus non sit cum potuerit facere mala non fecerit
sed ne simus longiores hæc in præsentia dicta sufficiant
quo modo non est transgressus prudentia me-
mor illius quod scriptum est. Prudentiæ tuæ pone modum
non est transgressus fortitudinis non est transgressus
temperantia non est transgressus iustitia non decli-

dauit ni iis omnibus ni dextra aut ni sinistra, sed incessit
via regia, fide, spe, charitate Deum prosecutus. Ideo di-
cit sapiens concludens hanc lectionem, stabilita sunt bo-
na illius in domino, sicut stabilis fuit fides eius in Deo
ita stabilita sunt bona illius bona corporis, bona fortu-
nae, bona animi. Concessit illi Deus haec affatim omnia
et quidem fixa, firma, stabilia concessit vsqz ad ex-
trema vitae suae tempora, neqz temporalia bona modo
illius stabilita sunt, sed multo magis illa aeterna quae
sola stabilia, haec vero fluxa sunt. Vidistis qua fuerit
nicolaitate: quo robore: quanto cum vixerit, simul
illud meministis quot victorias et triumphos de suis
hostibus reportarit, quanta et qua stabili ac perpetua
felicitate in bellis vsus fuit, qua gessit prospere
modo et maiora quam quisqz ante eum Poloniae Regum
quoties cum ille Tartaros quoties Moschos quoties Vala-
chos fudit. Apud Sluscum tribus praeliis, tres non con-
temnendos exercitus Duce illo celebri constantino, apud
Visnouciam viginti quatuor millia: Nicolao Camenecio
Palatino Cracouiensi et eodem Constantino Ducibus, cum
nostri sex millium numerum non excederent. Longum
esset singulas victorias enumerare, quas tulit apud Ve-
ronouiam, Ioanne Camenecio, quas apud Busco, Sta-
nislao Lanskoronio quas apud Zinkouiam arcem Iacobo
Secigneuio: atqz iterum Palatino Kiiouiensi: quas in Vol-
hynia Constantino et Ostrogsco tertio: quas apud Ostrogam
hostilem arcem, eodem Ostrogsco, et Troiano Lanscoro-
nio ducibus, quas in Podolia Trebinii, quas apud
Camenecum et Veresatium cum pagis et complurib⁹ aliis
in locis. Nicolai Seniauii Palatini Belsen. fratrumqz eius
Alexandri et Procopii, ac Bernhardi Praefectiq̃ opera
quas apud Trebowlam, Podhaicam, Miedzibozum, quas

apud Caniouia' in Lithuania ante vnu'et viginti annos
de viginti sex millibus Tartarorum cesis duce Constan-
tino reportauit. Valachos quoq3 statim vt regni guber-
nacula suscepit, Turcarum et Tartarorum auxiliis tume-
tes, ac victoria contra fratrem suu' Joannem Albertu'
elatos prelio feliciter cu' eis commisso ita fregit, vt et amis-
sam Polonia' recuperaret et redire ad officiu' Bohdanu' La-
latinu' ac mi sua verba iurare cogeret postea vero cu'
Petrus palatinus rebellasset, ac denuo Polonia' inuasisset
primu' sex millia apud Gnosdecia' arcem ac mox viginti
duo millia apud Obertinu' pagu', duce Joanne comite
a Tarnow qui non plus qua'quatuor equitu' habebat millia
ita vicit et fugauit, vt Castris etiam exueret, vexillis
simul et bombardis ac exteris impedimentis ereptis.
Ex quo prelio vix ipse Palatinus fuga saucius euasit.
Qui cu' nihil hac suorum clade territus, annis aliquot
post iterum rebellasset, eiusdem Johannis Comitis ductu
Chocimu' obsessus atq3 eo demu' redactus est, vt in fidem
potestatemq3 Regia' se conferre cogeretur. Neq3 vero
contra Moschos minore felicitate vsus est, quos pri-
mo suo aduentu in Lithuania' adeo perterrefecit, vt cu'
centu' millibus exercitu' haberent, ex nostris vero tantu'
tria millia essent mercenariorum militu'; neq3 ita multi lit-
uani pugnandi copia' facere non auderent, sed cu' longe
lateq3 pernastari promiscua' sua' vidissent quas tulit rex
pacis conditiones eas precario susciperent. Jam vero
quam clara, et insignis ista fuit apud Orsa victoria, vbi
Constino et Joanne Zuizzouio ducibus octoginta millia Mos-
chor exercitus a nostris qui erant numero longe in pa-
res Boristhenem tranantibus ita est profligatus, vt di-
midia eorum parte vix fuga sit elapsa. Ductores exerci-
tus capti, cu' omnibus proceribus et quatuor millibus

bellatorū: vt interim silentio præteream septem millia
ad Lodessen Polessen cæsa a Ioanne Bozatimo sexcentis modo co-
mitato: ante trececim annos mille extremi agminis Lith-
uaniæ populaū interfectos: et sub idem tempus apd
Strodubiū Radogostiæ et Smolemscū non paucos tru-
cidatos: ductu Georgii Radiuil Castellani Vilnen. Illud
vero tacere non potest: quomodo post Radogostiæ et Smo-
lemscū non paucos trucidatos ductu Georgii Radzi-
vil Castellani Vilnen. Illud vero tacere non potest:
quomodo post Radogostiæ et Homiæ captæ Strodubū
a nostris expugnatū est. Ioanne Tarnouio Duce, fuisse
dicuntur in acie plus quindecim millia bellatorū, qui si
in aciem descendissent, cū nostri essent numero impares
anceps prælium cōmitti potuit. Arx nihilominus a nostris
euersa et plus mille quingenti viri capti sunt. res prodi-
giosa: quod cū esset maior numerus obsessorū quā obsi-
dentiū vicerunt tamen obedientes. Contra Tuscas nihil
gessit memorabile. nisi si quando ii Tartaris permixti fue-
runt. Porro Prussiæ bellū quanta felicitate confecerit
vel ex eo coniecturā facere licet: quod nepos eius qui
hic adest. fractus ad extremū, cū terra sua vniuersa,
contra voluntatem suā in fidem eius vna cū terris suis
omnibus se contulit: dato etiā iureiurando quod cūipso
tū successores eius omnes sempiternis temporibus in
fide Polonia Regū. sunt futuri. Videtis ergo quæ bona
illi Deus concesserit, modo, verūetiam stabilierit
vt recte de eo dicere possimus: Ideo stabilita sunt bo-
na illius in domino. Propria enim et perpetua fuit hæc
illi felicitas: neq; eam vlla fere clades interpellauit
præter Secaliæ illam vbi cū exercitus noster qui
ex quatuor millibus constabat a quadraginta millib⁹
Tartarorū fugatus esset, mille et ducenti ex nostris

ex

ex hostibus quatez mille sunt desiderati. Neqz victo-
ria eius tantu stabilita sunt sed etia stabilitu est no-
men eius bonu: quod est melius qua diuitie multe. Sta-
bilita est gracia mortaliu omniu, qua credibile non est,
quantu apud cunctos valebat, non suos magis qua exte-
ros, vix vt vllu Principem reperire licuerit: ni quem
vnius totius patrie optimatu Regu gentiu: atqz orbis pro-
pe totius studia tanto ardore, tamqz fatali quada be-
nevolentia consenserint, vel potius concertarint. Neqz
eni efficacius magnes ferru attrahit: qua ille mentes
omniu mortaliu ni sui charitatem rapiebat non alia re
nisi virtutu commendatione, vt non minus recte rex
hic noster qua Titus Imperator olim orbis amor appel-
lari potuerit: quem constat commune gaudiu gentiu om-
niu, vnicas seculi sui delicias, et fatalem quenda Regu
et Principu amorem fuisse. Fuerat illi initio Maximilian
Cesar offensior, qui cum arcta ei illi necessitudo sanguinis
intercessisset, propter matrem ex Austria domo profecta
minime dubitauit Rex optimus nullius rei magis, qua
amicitia cupidus vna cu fratre suo Wladislao Hung.
et Bohemie rege et eius filio Ludouico ad Maximilia-
nu ipsum Vienna Austrie proficisci comitatu numero-
so et splendido, planeqz Regio. Non defuerunt qui deter-
rere vtrumqz Regem a profectione ni Austria conan-
rentur, quod insidias metuendas ducerent, et iam id per-
suasu erat Wladislao fratri. Cateru Sigismundus hic
noster vt aliquid eiusmodi crederet adduci non potuit:
ac forti generoso vereqz regio animo etiam si desertus esset
ab omnibus, tamen se vel solu ni conspectu Cesaris
venturu et Vienna ingressu ostendit, qua sua constantia
fratrem etia suu, quem etas affecta timidiorem effecerat
adduxit vt se Cesari crederet. Cum quo simul vt con-
gressi sunt, non solu animoru omnis offensio sedata,

vezvetia affinitas nova inter Reges conciliata est,
qua nistituta inter eos amicitia confirmari posset. Ne-
ytem cum sua ex filio Caroli et Ferdinandi Cesarum so-
rorem Ludovico in matrimonium dedit. Negz fuit po-
stea Maximiliano quisquam charior regum et Principum
charior qua rex ille noster Sigismundus cum amicitia
cum hoc Rege nostro constituta: Nepotes etiam suos da-
tis in eam rem litteris quasi hæredes nistituit, quibus
eum et ipsis tanta fuit regi nostro amicitia maior vt
esse non potuerit. Siquidem Ferdinandus Ro. Rex
filiam suam Elisabetham qua nulla vidit etas hac nostra
faemina sanctiorem, Regi huic nostro superstitem vxo-
rem dedit, quæ ante diem mortua: et sancto illi patri,
et huic cius filio regni successori, tristæ sui desiderium reli-
quit, ac omnes Regni ordines mœrore confecit inconsola-
bili, quo pignore amicitiæ amerisgz mutui sublato, nihil
est tamen de mutuo inter Ser. mum Cesarum et Regum
nostrorum amore diminutum: eadem fuit illius gratia, pax
aut Gozitas. Negz enim fortuity aut impetu quodam
et ardore inconsili, sed virtutum admiratione. Hæc fuit
inter illos amicitia conciliata, vt non potuerit non
esse fixa et stabilis: ac ad vltimum vsqz vitæ diem du-
raturæ. Negz minore illius amore incensi fuerunt re-
liqui Germaniæ Principes omnes qui haud aliter atqz
patrem
patrem Regem hunc nostrum venerabantur, cuius nomen
non in finitimis modo regnis clarum et charum fuit
omnibus verum etiam et remotioribus illis. Nam ita
Galliæ et Angliæ Daniæ Regibus colebatur. In vr-
be vero apud summum Pontificem communem Cæsarum
regum omnium parentem tanta fuit illius auctoritas
vt vix alterius cuiusquam Regis maior habebatur a
Cardinalibus apud omnes fere Italiæ Principes in
summa fuit veneratione. Magna sunt hæc bona,

quæ non ad horã concedere sicut multis sed stabilire
deus dignatus est, vt ad vitæ suæ diem extremum ea con-
secuaneæ omnia, quam et ipsã vitã stabiliuit ni eo do-
minus, et ni multos annos produxit. Mortuus est enim
senex et plenus dierum. Vixit annis octoginta et vno
mensibus tribus, finis vitæ finis regni eius tempus inspi-
cias: Regnauit annis quadraginta vno, mensibus duob⁹
diebus septem: vt nunc verius etiam quã Iacob olim di-
cere possumus, dies peregrinationis vitæ nostræ, paucos
et malos esse: fuit ætas hæc satis longa: vt si quid inter
est ad beatitudinem diu vixisse, hæc quoq; ni re beatus
fuerit, vt recte bona illius stabilia ni domino dici possint;
quibus ei tam diu frugi, vel vti potius contigerit. Nec
enim fruimur temporalibus his, sed vtimur, quibus ve-
ro frui debemus ea æterna sunt. Hæc vero maxime sta-
bilita sunt per eum ni domino. Nam cũ temporalibus his
recte vsus sit, dedit ei dominus bona quibus frueretur
vitã æternã, vitam beatã, gloriã æternã. Cuius rei non
modo vita eius honestissime acta, sed et exitus ex ea
eius rei non modo vita est honestissime acta, sed et exitus
ex ea gloriosus: tam certũ argumentũ est, vt certius esse
queat nullũ. Nam si verũ est illud, sicut non potest non esse
verũ, quod dicit scriptura: Dominus iudicabit finem hominis
hoc est vt interpretatur Augustinus, extrema hominis ope-
ra, videte quæ fuerint extrema illius opera, et de salute
illius æterna dubitate. extrema illius opera fuerunt,
opera fidei quæ nos de salute nostra reddunt certiores, q3
vt de ea dubitare fas sit: habemus cũ promissũ dei quo
nihil esse potest certius: cũ deus impossibile sit mentiri.
Amen amen dico vobis dicit veritas qui credit ni me ha-
bet vitã æternã. Cum itaq; rex hic noster pœnitens in
fide et ni confessione Christi obdormierit: cũ suã omne

fiduciā non in suo: sed in Christi passionis et meritis
meritō collocauerit: poterit ne quisquā dubitare: quin
huius Christi promissi factus sit compos. Non ille fidebat
in operibus suis quamlibet cū bona sunt opera nostra
bona tamen et grata esse desinunt: simul vt nobis in
illis placere: et spem nostrā in illis ponere incipimus:
quę nobis non in alio esse debet quā in morte domini no-
stri. Mors cū domini nostri Jesu Christi meritū nostrū
est, refugiū nostrū, salus, vita et resurrectio nostra
Meritū nostrū est miseratio domini: qui nisi perpetua
charitate dilexisset atqz ideo per filii sui vnigeniti at-
mortem attraxisset nos miserans, opera nostra condem-
nare nos possent, saluare non possent: quamlibet etiā
sancta viderentur. Hoc cū non ignoraret Rex noster
qui, a puero sana Christi doctrina diligenter fuit ini-
tutus, etiam si fecerat omnia pro virili sua, secum se
tamen inutilem reputabat. Et quoniā non sunt condi-
gnæ passiones. Suī temporis ad futurā gloriā: ad
passionem illius ad fusū pro nobis sanguinem illius
confugit: qui iustificatio nostra: qui propiciatio nostra
qui satisfactio nostra fieri dignatus est: ad Dominū
nostrū Jesū Christū. Cui cū crucifixi simulacrū
exhibitū: illi fuisset, sicut exhiberi morituris de re-
cepto Ecclesiæ more consueuit, vt discant, negz fi-
dere operibus suis bonis: negz desperare propter
admissa mala, sed certam spem et fiduciā in Chri-
sto collocent crucifixo in ipso respirent, in ipso confi-
si ad ipsū peruenire desiderent: non habentes iusti-
tiā suā: sed eam quæ est ex filio Dei domino nostro
Jesu Christo. Hoc ergo signū crucifixi cū oculis eius
subiectū fuisset, credibile non est, quanta illud
animi sui deuotione exceperit, quem extendisse

manus in cruce pro se: et pro nobis peccatoribus,
viderat, vt se ad amplexus nostros esse paratu ostē-
deret, cum et ipse amplexatus est: et vulneribus
eius fisco osculo non dubio significaret, se in illis re-
spirare: et certo confidere per illa sibi aditu esse
ad Regnu celoru patefactu. Accersito itaq; sacer-
dote, summa cu animi sui contritione peccata
sua omnia confessus est: vt ministerio sacerdotis
cui ligandi soluendiq; potestas data est, virtute
vero Christi cuius ille personā gerit, beneficiu remis-
sionis peccatoru, et certissimā consolationem recon-
ciliationis consequutus: cuius rei pignus etiam acci-
peret Eucharistiæ sacramentu: quod non modo re-
missionis peccatoru, sed et immortalitatis et vitæ
æternæ pignus est. Neq; enim alio pignore Chri-
stus de tantis bonis certiores nos reddere potuit, qua
impertitione sui pretiosi corporis: inæstimabilis vtiq;
thesauri, quo nos sibi tanquā membra adiungit,
vt vbi ipse est ibi et nos simus. Hoc pignore accepto cu
se iam videret extrema illa in lucta constitutu
quo fortius resistere posset Satanæ tentationib⁹
quas tum ille potissimu catervatim ingerere solet:
iuxta præceptu Apostoli, presbiteros Ecclesiæ induci
iussit, et orare super se: ungen oleo in nomine domi-
ni vt hoc quoq; signo, Christi verbu, Christi factus,
athleta, tanto facilius expellere a se posset principe
huius mundi immundu spiritu, quem foras Christus
eiecit, vt non haberet quicquā in nobis cu nulla sit
conuentio Christi cu Belial, nullus consensus tem-
pli Dei cu Satana, atq; eo expulso tanto maiore cu
fiducia diceret: Bonu certamen certaui, cursu consu-
maui, fidem seruaui. In reliquo reposita est corona

mihi iusticiæ, quã reddet mihi dominus in illa die
iustus Iudex, quam ille procul dubio consequutus est
cũtot habuerit a Deo certissima fiduciæ suæ signa ac
testimonia. Nempe sacramenta penitentiæ, Eucha-
ristiæ, et hoc extremæ unctionis: quibus Deus nequa-
quã nos fallit, sed promissioni suæ assistens, facit ac
perficit etiã omnia quæ in eorundem exhibitione nobis
pollicitus est. quanta autem eius fuerit fiducia, vel
ex eo licet colligere, quod cũ admoniti sacerdotes fu-
issent, vt ex cubiculo exirent, si forte somnũ capere
posset: simul vt eximisse eos cognouit, e vestigio re-
vocari iussit, q eorũ presentia qui personã Ecclesiæ re-
presentarent, se fortiorem contra Sathanæ insidias fo-
re putaret. modo non licens illi. Etsi multis satelli-
tibus stipatus in animæ meæ excidiũ coniuratis compa-
reas non te timeo tamen, non te metuo. Plures cũ me-
cum sunt quam tecũ. Tota enim Ecclesia sanctorũ pro
me curam agit, orat meq; in tutellã suam recipit,
aduersus quã non prævalituras Inferi portas Chri-
stus dixit, qui fallere nescit. Totam itaq; noctem illã
cũ suis sacerdotibus, quorũ intercessioni fidebat et
quos dilexit vsq; in finem, non alia in re nisi in ora-
tionibus, et sacris lectionibus maxime vero dominicæ
passionis recitatione, ex qua consolationem non me-
diocrem capiebat consumpsit. Subinde cũ ille pubi-
cano pectus suũ tundens, ac Deum orans vt sibi pro-
pitius esse dignaretur. Neq; obscure illud ferens q
cupiret iam dissolui et esse cum Christo. Illuxit tan-
dem dies illa qua Christi resurgentis memoriã re-
colimus. Hac ille nitra missarũ solemnia, luctu om-
niũ et maxore inexcusabili spiritũ emisit. Vbi nunc
sapiens et potens ille rex noster Sigismundus:

vbi opes eius? vbi diuicie? vbi splendor? vbi comi-
tatus regius? vbi Maiestas eius et gloria? Ecce
quo modo transierunt omnia illa tanqua vmbra, tanq
nuncius preeuntes, tanqua nauis que pertransit
fluctuantem aqua cui? cu preteriezit, non est vesti-
giu inuenire, neq semita carine illius in fluctib?
tanqua auis que transuolat in aere, cui? nullu inuen-
tur argumentu itineris illius, sed tantu sonitus alaru
verberans leuem ventu, et seindens per vim itine-
ris aerem: commotis alis transuolauit, et post hoc nul-
lu signu inuenitur itineris. Tanqua sagitta emissa in
locu destinatu: diuisus aer continuo in se reclusus est
vt ignoretur transitus illius. tanqua lanugo que a ven-
to tollitur: tanqua spuma gracilis que a procella dis-
pergitur: tanqua fumus qui a vento diffusus est: tanq
memoria hospitis vni? diei preteruntis. sic et nos nati
continuo desinimus esse. que eni? est vita nostra? vapor
ad modicu parens: demceps exterminabitur. Velut fen-
niu auolans non inuenietur, transiet quasi visio noctur-
na. Dormierunt somnu suu dicit propheta et nichil inue-
nietur omnes viri diuitiaru in manibus suis. Omnis
caro fenu dicit alius, et omnis gloria eius quasi flos agri
Exiccatu est fenu, et cecidit flos, et decor vultus eius
deperiit, ita et diues in itineribus suis marcescet. ze-
dte ergo Ecclesiastes cu ratione secutus esset ea omnia
humana, diuitias, delitias, potentia, gloria instabile
sapientia que fuit magis qua vt teneri possit. Vene-
reas voluptates, honoru amenitates, turba seruoru
multitudinem possessionu, pocillatores, cantores,
arma, satellites, gentes subactas, tributa, impe-
rata fastu Regu hanc de cunctis protest sentetia
Vanitas vanitatu et omnia vanitas. finem tande

loquendi faciens. Deum inquit time et mandata eius observa, hoc est omnis homo. Ad hec inquit natus est omnis homo, in hec salus consistit omnium et perfectio: si creatorem nostrum intelligentes, veneremur cum metu et honore, et mandatis exequendis. Cetera cuncta sumus quida' sunt. F Nihil est in rebus humanis stabile nihil diuturnum, nihil de quo vel crastinum sibi quisquam polliceri queat, quia cum vita sunt. Quid est Dei me Rex Auguste, quod luctu? q maerore? quod lachrimis te conficias? quae tibi maestitiae huius causa est? Num quod ille fluxa et caduca haec aeternis cómutauit? Num q curis, q morbisq, q gramibus totius corporis cruciatibus liberatus est? Num q mortem reliquit, et immortalitatem induit? quid enim est vita haec nostra nisi mors? vt non frue causa Paulus exclamauerit: Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus hoc, q corrumpitur, q aggranat animas nostras vocat Apostolus corpus mortis: q in eo nihil aliud qua' morimur quotidie. Nam quotidie pars aliqua vitae demitur: et tum quoq cum crescimus vita decrescit. Moritur infantia nostra, succedente pueritia: moritur puericia succedente, adolescentia succedente iuuentute: moritur iuuentus succedente virili aetate: moritur, senectus, moritur morborum omne genus, moritur quicquid est doloru', quicquid cruciatus, quicquid afflictionu' quicquid incommodoru' in hac vita, succedente vita illa immortali: ad qua' non patet nobis aditus nisi per mortem corpoq huius: vt non frue causa tam ardenter Paulus cupuierit de corpore mortis huius liberari. q'd David etiam carcerem vocat dicens: Educ de carcere animam' meam ad confitendu' nomini tuo. Dixit haec eadem verba David noster pius et manuetus Rex

F vel vt quidam dixit umbra sunt

|| succedente senectute moritur

virilis aetas

noſter Sigiſmundus. Cupiebat et ipſe liberari de cor-
pore mortis huiꝰ: cupiebat educi de carcere carnis
huiꝰ anima ſua: deſiderium habebat diſſolvi et eſſe cum
Chriſto. Cuiꝰ voti ſui compos factus cum ſit, mirandum
tibi non eſt Rex Auguſte, ne ſummam felicitatem hac
eius, non ſatis grato animo interpretari videaris, fru-
itur enim ille iam eo in quem credidit, quem amauit,
eo qui vita eſt eterna, vita ſine fine beata, domino
noſtro Ieſu Chriſto. Noli putare temere aut fortuito
factum eſſe, quod ſacratiſſimo Paſche die ex hac vita
exceſſerit. quid enim aliud paſcha Grece, quod Phaſe vo-
cant Hebrei, quam tranſitum ſignificat? tranſitum autem po-
puli Iſrael ex Aegipto, ad terram lacte et melle fluente
Sub hunc diem factum eſt Chriſto, vt ipſe quoq; tranſiret
de mundo ad patrem. quo ergo tempore tranſiit popu-
lus Iſrael ex egipto ad terram promiſſionis, quo
tempore ſeruator noſter Ieſus Chriſtus tranſiit de
mundo ad patrem: eodem tempore princeps hic noſ-
et maximus in Iſrael, tranſiit ex Egipto huiꝰ ſeculi
ad promiſſa piis omnibꝰ celeſtem patria: tranſiit
de morte ad vitam, non ſuis meritis, ſed illius promiſ-
ſione fretus, qui dixit: Amen amen dico vobis, qui ver-
bum meum, et credit ei, qui me miſit habet vitam eternam
et in iudicium non venit: ſed tranſiet de morte ad vi-
tam. Hoc ergo Paſcha, tranſitum hunc de morte ad vitam,
voluit hoc die cum Chriſto reſurgente Princeps noſter
celebrare: nec amiſit ille regnum ſed commutauit, ter-
renum, celeſti, diſſolubile indiſſolubili, caducum eterno
Regnum enim illius quod nunc poſſidet: Regnum eſt ſempi-
ternum. Regem quendam huiꝰ ſeculi traditum ſibi diadema
primumq; imponere capiti, dum conſideraſſe: ac di-
xiſſe tandem ferunt: O nobilem magis quam faciem

pannu: quem si quis penitus consideraverit, quam multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus; ne humi quidem iacentem tollere vellet. Abiecit hoc diadema Rex noster, et suscepit illud: quod plenum gaudiorum, plenum felicitatis, plenum est aeterna beatitudinis. Posuit dominus super caput eius coronam de lapide precioso: coronam aureo expressa signo sanctitatis immarcescibilem gloria coronam, qua ab eo auferre nemo poterit. Hoc in statu cum fuit res dum parentis tui qui non obiit, multo minus autem interiit, sed fatigatus vita sui molestius, abiit ex hoc regno suo in regnum aliud, multo felicius: discessus hic eius non lacrimis, et misericordia: sed benevolentia potius tibi persequendus est. Hoc te Paulus quoque monet dicens. De dormientibus non contristemini, sicut ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est et resurexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo. Dormivit pater tuus per Jesum: dormivit cum Jesu: dormivit in fide et confessione nominis Jesu. Noli ergo dubitare, quin sicut resurexit Christus primicia dormientium, ita resurrecturus et ipse sit in novissimo die. quin tu potius posthabito luctu ad imitationem eius te compara, quem ex hac vita discedentem tantum sui desiderium reliquisse videis omnibus. Ut cum enim in te viventem videremus dicere possimus illud quod scriptum est: Mortuus est pater eius et quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se. In vita sua vidit et letatus est in illo: et in obitu suo non est contristatus: nec confusus est coram inimicis. reliquit enim defensorem domus contra inimicos et amicis reddentem gratiam. In hanc tu curam et cogitationem toto (quod aiunt pectore incumbe, ac

omnibus modis contende, et elabora vt exceptu nobis
esse patrem tuum scire magis quam sentire queamus. quod
ita demum futurum est, si cunctis rebus in cumulitan-
dum tibi proposueris: si prudentiam illius, si fortitudinem
si moderationem animi, si grauitatem, si benignitatem,
si clementiam, si munificentiam, si iustitiam, si in eandem
qua ipse preditus erat fide et religione constantiam
ita expresseris, vt patrem in te tuum viuere existime-
mus. quam quidem ad rem pluribus ex hoc loco te pro
officio mee pastorali hortarer, nisi te vltro currentem
viderem, vt incitari a quoquam opus non habeas. Ad
te itaque mihi sermo nunc est Ser.ma Regina quam
in grauissimo luctu et maroze positam esse video, ex quem
in dimidium vitae tuae comitem habere cupiebas, ab eo
dimissa nunc es: vt merito tu dicere quoque possis
quod dixit ille, Sicine separat amara mors? Neque
enim vixit illa a coniuge, sed animam separauit a corpo-
re tuo. Quid enim ille fuit tibi, nisi quod est anima
in corpore tuo? quam tu quae tua cunctis seculis fuit
memoranda fides erga eum et charitas coniugalis,
libenter posituram fueras, si morte tua salutem illius
repraesentare potuisses. quae quanta cura tibi fuerit
vidimus omnes. Vidimus autem non sine magna qua-
dam virtutis tuae admiratione. quid enim a te curae
diligentiae et labore praetermissum est, in tuenda et
conseruanda illius valetudine, prae qua tu tuam con-
temnere prorsus visa es, quod de te ficret nihil solli-
cita, dum regi et coniugi tuo dilectissimo recte esset
qui cum leui etiam aliqua valetudine affectus esset
totos illi dies assidebas, totas noctes insomnes agebas
et Reginam te esse oblita ancillari officio fungebare
; dum omni ratione vitae illius prospectum cupiebas.

quam certum est multos ñ annos Dei quidem benigni-
tate primum, sed tua postea solius opera productos
esse, quam et nos certe vitæ nostræ temporibus
libenter fulcimissemus, vt de nostris amicis vnusquisq;
: qui fungi non potuit suis; sed cum statutum sit homi-
nibus semel mori, negz mortalium quisquam ab hac le-
ge sit exceptus, si et ipse naturæ huic legi satis-
fecit, cui vt satisfaceret omnino fuit necesse, quid
est quod te maceras? quid est quod luctu mœrorezz
te conficis? quid est q̃ diuinæ voluntati, quasi resi-
stere frustra velle videris? quam refragante quæ-
tumlibet homine, fieri tamen oportet, quin tu po-
tius, quod Deo statuere de tuo charissimo coniuge vi-
sum est, feras æquo animo. Cum præsertim, non modo
nihil ei mali acciderit, sed post multa mala quæ vnus
pertulit, nunc demum veris et æternis bonis ei frui
datum est. Itaqz quod illius causa doleas nihil est
: est potius quod vel maxime lætaris. Tua autem cã
si dolendum putas, vide ne hoc seipsum potius, quod
bene meritum coniugem amantis esse videaturæ: ne-
ve non tam ad illius amicitiam, quam ad domesticam
vtilitatem, luctum hunc tuum referre existimeris.
quanquam nec tua causa quod doleas habes. Mœ-
tuus est enim maritus tuus, et quasi non est mortuus
similem enim sibi reliquit post se. Reliquit mœ-
rentem virtutumqz suarum imitatorem. Reliquit
defensorem domus, qui te quoqz tueri contra vim
omnium et iniuriam, non minus est voluntate pron-
ptus, quam facultate paratus. quare cum nec illi acer-
bitas aliquid acciderit, nec tu ex huius hac migra-
tione quicquam incõmodi detrimentiqz acceperis,
non tu lachrimis eum tibi prosequendum, sed ora-

tionibus potius tuis comendandu ꝑtes deo, quod
vero matri dictu est hoc quoq; vobis Ill.mi Principes
dictu existimetis. Non est mortuus pater vester. sed
e sene iuuenis factus est. Ecce pater vester. ecce fra-
ter vester. ecce rex vester. eadem é ergo vox eius vo-
luntas. qua fuit dum parentis vestri. eadem est et
potestas. Non minus vult adiutas rationes vestras
quam voluit dum parens. neq; potest minus. quin
potius quanto est etas eius aptior. quanto mens vege-
tior, ad ea perficienda. qua de vestris commodis per
dimu parentem vestru cogitata fuerunt: tanto plus
vobis de eius benignitate pollicerí potestis: tanto mi-
nus habetis quod vestra causa excessisse ex hac vi-
ta patrem vestru lugeatis. Imponet hic deo bene iu-
vante. lactu et optatu exitu. iis qua per dimu patre
cepta fuerunt. quare sepposito luctu deum illi pro-
piciu modo precemini: cuius opera factu est. vt suauissi-
ma hanc lucem primu aspicere dis. Vos quoq; nunc
alloquor Serenissimi et excellentissimi fratres. ortho-
doxe fidei propugnatores acerrimi. vos inqua alloq^r
etsi absentes corporibus. presentes tn animo. presentes
in viris ornatissimis quos vt personas vestras susti-
nerent. et sancti regis nostri exequias honestarent
huc pro vestra erga defunctu pietate. misistis. sat
scio, cu esset ad vos de morte eius allatu. quod opini-
one omniu maiorem animis dolorem accepistis. Na
cu nullu mi terris vobis ille chariorem habuerit. fie-
ri non potest. quin ipse vobis vicissim fuerit charus.
: Sed quid ego hec tanqua addubitans loquor. cu sicut
ille sua in vos ita vos vicissim in illu vestra egre-
gia voluntatis. signa dederitis certiora. qua vt que-
qua de ea dubitare fas sit. Nisi forte certiora signa

vlla esse possunt quam quod vterqz frater neptem filia'qz
sua' filio huic eius superstiti vxorem dedit. At qua' viz-
ginem? qua nulla fuisse videtur in orbe terrarum' lectior
: nulla sanctior : nulla omni genere virtutu' cumula-
tior. Vt de forma non taceam qua sicut pulritate vita
cum ipsis etiam Angelis certare posse videbat'. qua ci-
ta Deo iubente ex hac vita inoredibili cu' luctu om-
niu' excessisset. atqz ingens sui desideriu' primu' coniu-
gi suo regi huic nostro: deinde nobis omnibus et singulis
reliquisset. nihil ea tamen de re de vestra erga vtru'-
qz benevolentia diminutu' est. Certu' igitur est q' non
mediocrem ex eius hac migratione luctum hauseritis
quem propter ingravescentem eius etatem patris in lo-
co colebatis: Documento sunt regio sumptu et appara-
tu per vos Auguste. Iusta in magna magnoru' Primi-
pum celebritate. summo cu' honore optime. regi no-
stro persoluta. Verum et vos ponite marorem. Cuncta
enim quod scriptu' est. Pro patribus tuis nati sunt
tibi filii. Amisistis vos quidem non etate magis. qua'
caritate patrem. sed pro patre natus est nobis
filius. qui sicut vos patrem eius. Sandaliter ac no-
stru' colebatis. ita colet ipse vos vicissim. neqz vllu'
obsequentis officiu' filii in se requiri patietur: vt ex-
pressa' in eo patrem magnum cernere queatis. Hoc ipsu' vo-
bis persuadete. vos quoqz Ill. mi Primipes. quoru'
vnus pro auunculo fratrem. alius pro magno auun-
culo. auunculu' nactus est. Nihilo minore futur'
est in nos benevolentia rex hic noster: quem presen-
tem intuimini oculis. qua' fuit ille qui nuper in Chri-
sto obdormiuit. Nihilominore studio vationes vtriusqz
vestru' pro vitali sua volet adiutas qua' volebat
dni Pater. Illius itaqz causa cu' nihil sit q' doleat

quem ad sedes beatorū translatū esse pie credimus
: quandoquidem : nec vobis ex eius morte quicquā euē:
nit incōmodi : quam eadem omnia quæ ab ille ab hoc
filio eius sperare possitis et expectare causa non est,
quamob rem angi animis velitis quod cum de presidio
stationeq3 vitæ hui9, summus Imperator ille noster Deꝰ
opt: Maximus decedere nisserit. Cæterū præ aliis te
anxio et sollicito animo esse video princeps Cōrū
et sacerdotū et hui9 regni primas: ad te enim, et ad
nos qui tibi sumus a suffragiis, qui ad vniuersū po:
tius ordinem sacerdotū, incredibilis tam sancti re:
gis morte maxor peruenit cum non regem ac do:
minū sed patrem beneficentissimū amisisse hic dolo
videatur. Quis enim hoc vno nostri amantior?
quis vnquā fuit rex qui ministros Dei magis ob:
seruaret? qui commoda eorū diligentius procuraret?
quis iura et priuilegia deffenderet acrius et pro:
pugnaret? offendebant cum eadem ni nobis quæ mul:
tos offendunt. fatendū enim est: quod res est: q ni mul:
tis offendimur omnes: omnes declinamus et inu:
tiles facti sumus. non est qui faciat bonū non est
vsq3 ad vnū: Videbat hæc ille: neq3 potuit non offen:
di vicijs nostris et flagitijs, quibus magna ex par:
te cooperti esse videmur. sed non ita totus erat
vicijs nostris et flagitijs contemplandis delitus
quin videret simul cui9 nos personā quamlibet
indigni gerexemus. Oderat itaq3 fornicatores, scor:
tatores adulteros, anaros. sed amabat nitezca sa:
cerdotes. amabat Dei ministros neq3 propter vitia
personarū ordinem odio habendū aut contemnendū
esse putabat. meminerat scriptū esse. Tu quis
es qui iudicas seruū alienū? domino suo stat aut ca:

dit. Cum ventu' erit ad diem illu', quo nos omnes manifestari oportet ante tribunal Christi: non quae-reta quoqua' Judex ille severus, quid Pontifex, quid Episcopus, quid sacerdos fecerit. Debefferet unusquisq; propria corporis prout gessit, sive bonu', sive malu' pro-pria referret non aliena. Reddet ei' unicuiq; Deus secundu' opera sua, secundu' opera manuu' ejusq; re-trabuet cuiq;: pro se quisq; suae villicationis ratione reddere cogemur. Sic ergo ille cum affectus erga nos fuerit, ei' paterna quada' nos benevolentia sit prosequutus: justa' habere causa' videri possum? quam ob rem his turbulentis temporibus exceptu' cum nobis esse plus aliis doleamus, sed si quos alios nos certe minime decet: ita nostro hoc in commodo angi, ut quam ille felicitatem consequut? est, postea quam ex hac val-le lachrimaru' ad aeterna gaudia translatus est, ei pa-rem favere videamur. Sed si quis nos aliquid incommo-di accepisse, dormitione ipsius existimat, is mea qui-dem sententia longe fallitur. Mortuus est enim pater ejus et quasi non est mortuus, similem enim sibi reliquit post se. Reliquit enim defensorem domus quem nos minime dubitare debemus paterna vestigia perse-quuturu', neq; alio erga ordinem nostru', quam q° fuit dum pater animo futuru'. Nos modo emendemus si melius quod non modo ignorantes, sed scientes peccavimus. Et quo ad humana fragilitas nostra permittit, ne in offensionem hominu' incurramus, se-dulo providere conemur. Quam ob rem et tu princeps Episcoporu' regni hui', et quotquot hic presentes ade-stis, sive quibuscunq; aliis in locis constituti estis "et Episcopi" sacerdotes, ponite lachrimas, ponite luctu', ponite maerorem: et ad preces pro tam benefico

patre

patre nostro fundendas animas adiicite. Quodq; de Gratiano et Valentiniano Imperatoribus dixit olim beatus Ambrosius: Beati ambo si quid mea orationes valebunt: Nulla dies vos silentio praeteribit. Nulla inhonoratos vos mea transibit, oratio. Nulla vox non donatos aliqua precum mearum contextione transeurret. Omnibus vos oblationibus frequentabo: hoc vos non dicite modo: verumetiam facite sicut ille fecit. hoc illi defuncto gratius est illi futurum et utilius, quam si fluvios lachrimarum illius defidezio profuderitis. Sancta enim et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur dicit scriptura: quae si non est in canone Judaeorum, si non est in Canone haereticorum, fuit tamen semper et est, et erit in Canone Christianorum Catholicorum, quin et Apostolorum haec est traditio ut preces fiat pro defunctis, ut mediatoris pro illis sacrificium offeratur, sicut altezo ab hinc anno Dionysii Areopagitae Joannis Chrysostomi et Joannis Damasceni, ac Isidori testimonio me vobis ex hoc ipso loco praedicare memini. Ubi simul et illud ostendi ante mille ducentos annos Aerium quendam fuisse, qui sicut statos ieuniorum dies, et ciborum lies et ciborum discrimina ita etiam preces pro defunctis damnabat, neqz offerri debere pro illis oblationes affirmabat, atqz cum iis ipsis de causis ab Epiphanio Graeco, et Augustino Afro inter haereticos numerator esse, quem nos Aerium et si qui sunt eius sectatores qui sopitos prudem ignes nostro hoc aevo suscitarunt ita ut facitis contemnite. Et cum Dionysio Areopagita cum Tertuliano, cum Origene Chrisostomo: Ambrosio: Augustino: Hieronimo: Cipriano: Gregorio et Nazianzeno, et magno Damasceno: Isidoro: Bernardo: Athanasio: cumqz vniuersa catholica Ecclesia: quae columna

est et firmamentu' veritatis, sencientes pro dormitione pii regis et patroni vestri crebras oblationes facite, neqz precari Deu' pro anima illius intermittite. Etsi enim certus non su' tam bonu' fuisse vite cius genus vt hoc non requirat mortuus, tamen de hoc certus esse videor, non fuisse tam malu' vt ei non prosint ista mortuo. Quicus ille meruit, si forte in abditis illis secretaculis adhuc detinetur, vt hec sibi mortuo prodesse possent. Ita autem pro defuncto Deu' deprecamur, vt et superstitis hui9 memoriam, neqz in oblationibus neqz in precibus nostris intermittam9: vult enim ille et curat, sed non est volentis neqz currentis, sed miserentis Dei. Cius itaqz misericordiam supplices deprecamur, vt dirigat gressus regis nostri: vt eu' prona vestigia persequi faciat, ad laudem et gloriam sui nominis ad Ecclesie vtilitatem, ad omniu' nostru' qui eius imperio subsumus et paremus consolationem. Vos quoqz ceteri proceres et consiliarii regni hui9 qui loca que tenetis regis hui9 beneficia tenetis: quod ille nos propter virtutes nostras et preclara merita, dignitatibus his et prefecturis honestandos et augendos putauit si illius causa doletis tanqua' illi mortuo triste aliquid acciderit, non modo quod doleatis nihil est, sed est potius quod vehementer letemini. quid enim' illi mors fuit, nisi finis malorum' qua multa et grauia vincens pertulit, et initiu' vite melioris, et cius quidem perennis, vbi nulla corruptele contagio: nullus gemitus: nullus dolor: vbi vera est regio viuentiu' vbi quod erat in eo mortale induit immortalitatem, quod erat corruptibile induit incorruptionem. Sui autem vestra doletis causa, hic q3 dolor superuacaneus est: Mortuus est enim patet eius et quasi non est mortuus, similem eiu' reliquit post se

Reliquit deffensozem domus contra inimicos et amicis red-
dentem gracia. quare cum in confesso sit, vos amicos fuisse
defuncto regi et domino vel patri potius nostro: neqz enim
secus ille nobiscum quam pater cum suis filiis liberis vixebat
cum hoc etiam premia testentur quibus vos propter fidem
virtutemqz vestram amplissimis affecit, si cum vzm non dum est
pro suo merito satisfactum: reddet hic amicis gracia. red-
det gracia bonus Dnus sui parentis Consiliariis quorum
fidelibus consiliis factum intelligit, vt hoc ille regnum
tam florens ad se transmitteret. Vos ergo nihil nunc
aliud quam defuncto regi requiem. huic vero superstiti
graciam Dei deprecemini: quo pari atqz ille felicita-
te regnum hoc suum gubernet: ac ad suos quoqz posteros
aque florens transmittat. Simul quae dnae parenti suppe-
ditastis ad eam rem salubria consilia cum hoc quoqz com-
municate. Exit apud illum locus rectis consiliis. Neqz
locus exit modo: verum etiam gracia reddetur fidele
consilium nonparcientibus. Vos quoqz quotquot sic adestis
Equestris ordinis viri et quicunqz alii de promiscua mul-
titudine: qui vestrum de morte eius dolorem cum lachry-
mis vbertim profusis testati estis, tum quod ex quo tem-
pore mortuus est: nullum prope diem intermisistis, quo
funus illius non minore frequentia quam sancti Martini
vis alicuius reliquias viseritis. quando quidem sepe iam
ex me audistis nihil mali ei euenisse qui non vitam
cum morte. sed mortem cum vita commutauit. nolite
flere super illum letitia potius quam lachrimis vobis pro-
sequendum: sed si flendum esse putatis super vos. et su-
per filios vestros: est quidem ita. quod cum aliis mul-
tis peccatis nostris diuinam Mtem offendimus grauiter
tum hoc certe non leuissime: quod huic tam sancto regi
tam benefico patri nostro, non cum pleriqz quem virtus

eius quem ista dignitas merebatur honorem habuimus
quin facta potius a plerisq; multa sunt quibus non
tam rex ille noster manuetissim⁹ qua Deus eiⁱ ille
personam gerebat, non mediocriter offenderet⁹: ita vt
iuste nos et ea quidem graues peccatorum nostrorum
pene maneant, sed non in eternum irascetur dominus
qui benignus et misericors est patiens et multe mise-
ricordie et prestabilis super malitia, huiⁱ gracia non
nostris meritis factum, quod moriens ille similem sibi
reliquit post se, cui satisfacere nobis licet de eo quod
in patrem peccatum est. Satisfaciendi autem ratio hec
est, si quod de nostro erga filium tanto melius de eo me-
rendo, tantoq; fidelius et diligentius eius mandatis pa-
rendo. Id cum fecerimus, sicut certe facere debemus,
quem iustum in terris habuimⁱ moderatorem, eo in celis
vtemur pio intercessore, ac futurum est dei benignitate
vt et hic vitam tranquillam agamus, et post hanc vitam
ad eum perueniamⁱ, qui solus via veritas est et vita
dominus noster Ihesus Christus, qui cum patre et spiritu
sancto regnat Deus trinus et vnus per omnia secula
seculorum Amen.

Charissimi in multis offendimⁱ omnes, neq; fieri potest
vt viuat in seculo mortalium quisquam absq; offensione
quanto autem fortuna alicuiⁱ sublimior, tanto minⁱ
cauere potest, ne plures offendant⁹. offendunt⁹ autē
minus non nulli, offenduntur alii opinione iniuria
et habet hoc excellens fortuna, presertim vero po-
testas regia quod etiam benefacta, sicut homines non-
nunquam interpretant⁹, vt non sine causa dictum fuerit
regium est male audire, cum bene feceris. Nulla potest
fieri tam iusta sententia, vt non queratⁱ altera

partiu' Ac qua sunt ex optimo animo non raro profecta et salubriter instituta ea reprehensionem effugere non possunt. Ego qui consiliorum' sancti regis nostri magna ex parte consciis fui, omnibus vobis hoc assevero: ratione confirmare possumus quod sciens et prudens ille neminem offendit, nullu' mortaliu' volens vlla affecit iniuria si quid peccatu' est, per imprudentia' peccatu' est vel quod consiliis adductus rectu' putauit quod rectu' non esset, vel quod parcu' seuere in sontes animadvertit quod iustitia' esse misericordia', misericordia' esse iustitia' existimaret, vel quod extremis annis illis officio suo functus est negligentius. Ecce ego, cui iore semper iam inde a decem annis cogitata illius enunciare audistis, confiteor in persona eius quod homo eu' esset exaruit aliquando quod fuit indulgentior quam expediret, in hanc enim partem peccare tutius putabat. Confiteor et illud quod est omniu' grauissimu' quid extremis vitae suae annis, fuit in iure dicendo remissior, vnde multa mala orta sunt in regno, sed in causa fuit etas et valetudo affecta. Multi multa passi sunt incommoda per hoc quasi iustitia' dedit multis occasionem imprecandi: qui regem tantu' eu' non aut et hominem esse volebant, cum et rex homo sit. aque morbis aque senectutis incommodis, aque morti etia' ipsi vt ceteri mortales obnexius. sed ille si quid erratu' est per se excusari non vult quin agnoscit potius errata sua. Confitetur ea coram deo, et coram vobis: ac per os meu' per quod viuens enunciabat quae clausa in pectore gerebat orat vos et obsecrat: oro voo et obsecro ego quoq; indigenus episcopus: obsecro vos per viscera misericordia' dei si quid offendit quenq; per imprudentia' si du' ille parcebat malis sanitu' est in bonos, si cui facta est

minuzia, quem admodu factum esse nonnullis constat
quo tempore propter affectam ætatem et valetudinem
suam nis dicere non potuit: quanto certu est animu ab
minuzia facienda abfuisse iterum atq; iterum vos ero atq;
obsecro, ignoscite homini homines, si vobis homini bus
et hoc ipso peccatoribus, non ab homini bus et hoc ipso
peccatoribus, non ab homini bus modo verum ab ipso
Deo ignosci vultis, mementote eius quod scriptu est
Dimitte et dimittetur vobis Date et dabitur vobis.
Donate illi si quis vestru aduersus eum habet querelam
sicut et dominus donauit vobis ita et vos, cogitet
vnusquisq; vestru in quam multis offendat et ipse offen-
dat autem non homines modo verum etiam ipsu Deu,
Quam ob rem nolite maledicere Christo domini, noli-
te imprecari, sed sicut vobis a Christo peccata vestra
condonari vultis ita condonata huic Christo domini,
si quid et ipse peccauit. Sic in extremo quisq; die suo
iustu illu iudicem placabilem experiat, qui nisi iustu
tia' misericordia temperauerit, quis est qui sustinere
possit, si iniquitates nostras obseruauerit.

Ad. Fratrem Bernardinum Ochinum Senensem Cate-
Matris ecclesiæ Capucinæ desertorem deploratum
Epistola Joannis Petri Caraffæ Cardinalis Theatini Cleri-
corum Regularium Fundatoris postea S.R.E. Cardinalis Imde
Summi Pontificis Pauli IV. extat in prima parte Historiæ
Josephi Silos Pistoiensis de Cleric. Regular. l. 6. f. 213.

Quid tibi in mentem venit ô Bernardine? quis te dæmonis malus
error olim practicam Regem arripuit Equitibus? Pater mi currus
Israel et auriga eius. Quem spiritu ex vertice Heliæ ascendentem
paulò ante mirabamur in cœlum, quid modò cum curribus et Equitibus

Paradisi descendentem dolemus in infernum! Quomodo cecidisti Lucifer qui manè oriebaris, quomodo obscuratum est aurum, mutatus è color optimus, Argentè tuè versum est in scoriam, Vinum tuum mixtum è aquâ. Vinea Dei electa, Vinea delitiosa, Vinea fertilis quâ suavissimos botros proferebas, quomodo conversa es in amaritudinem, Vitis aliena exspectabas ut faceres uvas quid tam acerbas fecisti labruscas, qui filios tuos dulcissimè inebriabas modo eis amarum fel et acetum propinas, qui nutriebaris in croceis quomodo amplexatus es stercora? quid ergò tum lugemus, et sterilem, quem innumerabilem videbamus Patrem filiorum lætantem Totus ad te fluebat populus Italicus, totus inter ubera tua morabatur Tu terram tuam disperdisti, Tu populum tuum occidisti. O insensate Senex quis te fascinavit ut ad alind te converteres Evangelium, quod non ab uberibus Matris tuæ suxisti? ut alium tibi confingeres Christum quem à Catholica Ecclesia non didicisti? Tu signaculum similitudinis, Tu prudo altissimi, Tu longè lateq sonans Tuba, Tu plenus doctrina, Tu decorus scientia Tu Cherub in extentus et protegens Tu in deliciis Paradysi Dei fuisti. posuerat te Dnus in monte SS: posuerat te lucernam super candelabrum, posuerat in lumen gentium, posuerat in Salem populorum posuerat columnam in templo suo, posuerat custodem in vineis posuerat pascere gregem populi sui, et elevatum è cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in altitudine superbiæ tuæ in multitudine iniquitatum tuarum: polluisti sanctificacem tuam projecisti sermonem eius retrorsum, convertisti te ad idola domus Israël, libasti Baal lapis scandali offensionis et petra scandali in universo mundo. Idcirco projecit te in terram et quasi Sal insatuatum emisit foras ut conculcaris ab hominibus: omnes qui viderunt te, omnes qui audierunt te obstupescunt super te quia nihil factus es, et non eris, morte mala circumcisorum morieris in manu alienorum. O iniqua mutatio Senex an non agnoscis has omnes prophetias voces, in te ec completas! Hæ non ignoras vir doctissimus, has non ignoras vir in sacris literis eruditus! quam magnus eras Bernardine in oculis omnium, si in oculis tuis parvus es visus? Ah quam pulcher eras et speciosus, nisi speciem tuam ipse adamasti nisi unicam ipse tuam captare contendebas, veram pulchritudinem Jesu ipsum

misere demerzisses! cum sartum tuum illud et nide sagum, rubente
pileo et Pontificum mitra superabat. Nobile illud stratum tuum
intricate, et tabulis mollissimis cubilibus deliciosius poterat æstimari.
Profunda et admiranda tua paupertas, omnes terras divitias possidebat
exaltata erat in mundo, et usq ad cælos gloria tua modò traditus es in
reprobum sensum factus es in desiderium omni populo cantilena cond
-tata die. Vt quid tam malè audis propter te monasticum nomen? tam malè
tractatur Euangelicum ministerium. tam malè habetur prædicationis officium?
An non pudet hominem senem, seminem ab infantia Christiano à parentibus
Deo dicatum ad tantam insaniam devenisse ut in grauissima ætate
tua ea vel dicere vel facere non erubescas, quæ nec Ethnici faciunt nec
Publicani? Tu altissimam jam semel et secundo professus paupertatem
modo pecuniam contrahis, modò paupertate gloriteris Christi. Tu antiqua
Ordinis tui non contentus abstinentia, nouum tibi ac sectatoribus tuis
rigorem vivendi inducebas, longiores vigilias, asperiores inedias, asperio
rem vestitum, duriora itinera, humiliorem corporis mundiciem, arctiorem rerum
omnium egestatem, sed tu Magister induxisti, sed tu in senili jam et perfecta
ætate comprobasti, nulla hîc adolescentiæ excusatio, nulla ignorantiæ ratio,
nullus erroris relinquitur locus, modo repentina levitate, varietate multiformi
non desertæ excelsi, sed invidiæ diaboli atrita fronte procedis, adulari
habitu mobilibus indices, modo sacra irrides, modo jejunia abrogas, modo
continentiam culpas, modo absq; diversa selectu vel reverentia quibuscunq;
promiscue saginaris, modo hesternam eructas cænam, et crudum pauonem
in balnea portas. Tete ætatis tuæ tempore facie turpia, barba prolixa
veste pannosa severam ac stoicam pollicitus vitam, nunc unguenta redoles,
nunc laute te habes, nunc Bacchanalia vivis. Multa bona opera ostendisti
mundo, multos ab erroribus revocasti, multos continenter vivere docuisti, multos
ad Eleemosynarum largitionem pertraxisti, multos ad melioris vitæ frugem
adduxisti, nunc quidquid ædificasti destruis, quidquid parasti amittis, nunc
quantum in te est malo tuo exemplo ad vomitum compellis, et quia per
versè et imprudenter peccas, non multò deterius quod peccas execraris.

Quam adeo quæ vale agis, quæ turpitudini Patronus accedis magis quàm eras
peccator efficeris. Vereri timori Romani Pontificis quod peccasti vetus carni
et sanguini quod ad Schismaticas partes cõmigrasti certè maledicentiæ tuæ virus
impium tuæ excusationis venenum, nulla simulatio protegit nulla falsa causa
defendit. Pudet me Pr. spr venerande pudet omnes antiquæ pietatis Christiani
cultores, ea te de te ipso jactantem audire, quæ nullus unquam adversarius
ausus fuisset sibi imponere, scribis enim in epistolaris tuis quæ vulgò circum
feruntur Apologeticis literis hactenus te Christiano populo personatum velo
operatum Christum concioratum fuisse, deinceps verò purum illum et manifestum
producturum in medium cõminaris: quid est quod loqueris Pr, quasi in tua posita
sit potestate, novum quotidie Christum proferre, nec qualis sit sed qualem tibi
libeat libitè prædicare? an non vides tuis te teneri laqueis, tuis te pedicis irre-
tiri? quid nanq; facis? quid erues, quis parricidalis culeus quæ asinaria mola
in tuum caput in tuam cervicem, in tuum sufficiant supplicium. Verum est
quod Tu de Teipso Impostor Sacrilegus confiteris? sic putas te impunè Christia-
num populum jam dudum illudere potuisse? qui enim pro Christo judicaveris
qui Pharisaicum fermentum, qui diabolicum pharmacum pro sana doctrina
pro veneni laute propresueris: sicciné simplicem gregem miseris? sicciné
innocentes oues crudelia carnifex, vermanum tuarum tenaciis adhamenam
attraxisti? et quam tibi fidem adhibendam sperare possis, qui tam diu impiissimis
mendaciis Auditores tuos seduxeris? qui tam diu panem pollutum porrexeris?
qui tam diu divinum Verbum adulteraveris! Vides ad quod saxum impingis Pr, Vides
quam profundam tibi præparas foveam. Videas quam ex diametro in verticem
tuum iniquitas tua descendit. Attende obsecro quam male tibi non constas, quam
periculose tempus mutas, si veritatem tibi esse constabat apud Lutherum: si Petrus
et Paulum eorũ Ecclesiæ Successores non recte videbat ambulantes in Veritate
Evangelij, si quid in populis prædicabas de secunda Catholicam fidem esse scibes
aut tanto tempore veritatem Dei in tua injustitia detinuisti? cur tanto tempore in
stercore ipse tuo computruisti cur tanto tempore impie Jeroboam in hiis viribus
aureis omnem Israel peccare fecisti! An putas Atropos hinc tuis non illudere
et ne veram prævaricationis tuæ diem agnoscamus, cornicula superbiæ?

oculos configere; quin potius cum Babylonico Rege confiteris, quin erubescas et dicis
Hactenus Ecclesiis veram predicavi, hactenus in sana doctrina perseveravi
hactenus Catholicâ Scripturam gustavi, hactenus talentum mihi traditum fideliter
dispensavi, nunc superbia mutavit cor meum, nunc lumen oculorum meorum
non habeo, nunc fœnum agri ut bos comedo, nunc rationalem exutus mentem
cum feris et bestijs habito. Quis non videt? quis non intelligit quod Spiritu ab
Ecclesia recessoris ductus sis in desertum ut tentareris et vincereris a diabolo
dum Magnus Faberizas. Ecce dum te Scripturæ adjurant, tua te mirantur
gregibus, nam Scripturæ te predicant Custodem fidei dum tua latet hypocrisis
Verum est Christus quem predicas, sana est doctrina dum loqueris incorruptum
est verbum quod disseris; at ubi Summus Pontifex te citat, ubi te conscientia
tua te accusat, ubi iniquitas tua te formidat, nunc primum reum te agnoscis
scis nunc primo Christi velamen detrahis, nunc primo ad aliud Evangelium
te convertis. Vides ipse te non decere mendacium, sentis male fortem figmentum.
Si falsa dicebas tunc reus eras, si vera dicebas nunc reum te facis
si male locutus es testimonium pœnitentiæ persolve de malo. Aspergere
cinere accinge te sacco, indue te cilicio, in jejunio et fletu et planctu te
pœnitentem ostende, videat populus quem seduxisti videat Ecclesia quem
deseruisti quod iniquitatem tuam agnoscis quod peccatum tuum contra te esse sem
Hanc pœnitentiæ formam vel tuus ipse Dominus omnium antiquatis Evangelius
Epicurus non negabit, quam in Israelitico Rege, quam in Ninivitis, quam
in cæteris omnibus pœnitentiæ omnium arbiter Deus probavit. Nunc tuus
vere tibi indignus erat sacculus, quem ut jactanter forte assumpseris sic leve,
varie dimisisti. Nunc dura subeunda erat Eremus ubi et Pontificis ultionem
evitares, et divinam adversum te indignationem placares: Tu non pro Reli-
gioso cultu, divino genitricis vero, consuetis uberibus Sponsæ sed abro-
gatis sacris cæremonijs, relictis patrijs legibus, confugisti ad Assyrios?
Recessisti ad Babylonios, convertisti te ad Baal, fecisti tibi graviorem
justa vitium gentium ut dimices adversus Mrem tuam, ut exprobres populum
Israel, ut maledicas Legem Dei ut summo Pontifici detrahas: et accessisti ad
gentem Apostaticam, ad domum exasperantem, ad populum incredulum et rebellem
ubi crapulæ ventris, ubi deliciæ, ubi incestuosa Matrimonia jungas, ubi Epicurum

agat, ubi bona opera omnia deneges, ubi Christum denuo crucifigens in consortium eius tunica
Iudeas, partemq; tibi ex ea eam impijssimis militibus facies, ubi Euangelicã libertatem
ista quod Beatus dixit Apostolus in occasionem carnis conuertas. Heu! heu Pr mi!
quo fecisti nobis sic? tantumne potuit indignatio? tantum prevaluit ambitio vitæ? ô
alta non sunt munda in conspectu Dei, et in Angelis suis reperit prauitatem
An non satius erat in exilium et in carcerem ire quam Ecclesiam Dei confundere?
An non præstabat ipsam etiam si necesse erat morte oppetere quã Dei tui legem
derelinquere? quam sacra vota confringere, quam solennia Patrũ instituta pterire!
Vt quid tanto totius Orbis scandalo, tanta animarũ perditione, tanto existimationis tuæ
dedecore caniciem tuam deduxisti cum dolore ad inferos? Adhuc in auribus nostris
resonant tua illa luculentissima concionum de continentia laudibus, de sacrorum Leo
tione, de jejuniorum observantia, de miraculis SS. prædicijs, de Monasticis cele
brationibus, de paupertatis honore: adhuc ante oculos nostros apparet discalceatus,
pannosus, horridus, adhuc algens, adhuc esuriens, adhuc sitiens, adhuc nudus existens
inter opiparas epulas, et cõmessationes, inter delicias et cubilia, inter mollia strata
inter vulgares tabernas, inter ebrios, inter incestuosos inter blasphemos irreuerenter
Apostata videri sustines? Matrem quã te genuit deseruisti, ex cuius ore lac
et mel dulcissimũ exorsus es aperis contra eam os tuum, exacuis contra eam
linguam tuã tanquam contra eam calcaneum tuum? Vbi illa tua magnifica verba de
mundi contemptu, de persecutione, de beatitudine, de constantia in aduersis casibus?
ubi acerrima tua illa inuectiones contra ardentes sanctũ cupiditates, contra ambi
tionum vanitates et insanias tuas? confusa sunt omnia, cassa sunt omnia. Vbi tu
ipse qui prædicabas non furandum furaris, qui dicebas non mœchandum mœcharis, qui abo
minabaris idola sacrilegium facis? Vbi tu ipse Magister totum destruis quod dicebas,
Quis dabit capiti meo aquã? quis oculis meis fontem lachrymarum, ut nocte flebam
ut luce fleam, vocabam Ecclesiam conspectum, Magistrum populorũ obsecratum, sapien
tem Patrem in reprobum sensum datum, Pastorem in Lupum cõmutatum Christi Porcone
Diaboli factum? Quis magnum illum crederet Samuelem qui Regem à Deo recedentem
coepisset, quis mansuetissimum Dauidem exosum haberet, qui Absolonem fugebat in se fremen
tem, quis proferat Euangelicum Patrem qui à meretricibus reuertentem filium prodigum
recipiat? si forte surgas si forte ad eum aueas, dicas Pr peccaui in cælum et

coram te, n̄ sum dignus vocari filius tuus, fac me unā sicut de mercenarijs tuis
An n̄ tibi melius existimas reuerti ad Patrem tuū, ad domū Genitricis tuæ
vbi abundabas panibus, quam in regione à Deo longinqua patientem penas
fame mori! quid tibi in barbaris gentibus? quid tibi in externis gentibus? quid
tibi in externis edictus? quid cum Nutrice aliena, quid cum crudeli nuuera?
quid cum muliere meretrice? q et suum oppressis et viventem veræ Matris
filium eonatur diuidere! Agnosce ventrem qui te portauit. agnosce vbera
quæ te lactauerunt, agnosce vocem vocantis vocem pharaonis vocē in Rama
vocem ab excelso clamantis Reuertere dilecte mi et assimilare capree
hinnuloq cervorū super montes Bether super montes aromatū. Non pa-
teris Mr obliuisci infantem suū, non poteris se Pr continere quin
occurras, quin amplexeris, quin osculeris, quin proferas stolam primā
et occidas vitulum saginatū: miserebit super te Virgo Pontifex, vbi
mitescet in te furor seculi erroris, flectes indulgendo Patrem
vbi te videris Catholicum filium. Moueat te SS. Chorus moveant te
fratrum tuorū preces, moveant lacrymæ filiorum, noli illos despicere,
noli illos parui facere, pro quibus mortuus est Christus. Leua in circuitu
oculos tuos, et vide quos in Christo genuisti, quos dulcissimo lacte nutriisti
quos solido cibo pauisti, omnes isti congregati sunt venerunt tibi: vene-
runt orationibus venerunt votis, venerunt obsecrationibus, ut pij
iustificiant, ut in humeros suos gaudentes imponant, et ad Dominum
gregem lapsa Pastorem reducant, ut unanimes gratias Altissimo refe-
rant ut pijssima voce decantent Pr noster, perierat et inventus est
mortuus erat et reuixit. Exorsabar te ō Fr Bernardine qui
veritatem profiteris ad malitiā tuā libertatem veritatis testimonio non
abuti, et scripturā auctoritatē ad erroris redargutionem assumere
non ad firmandā impietatem peruertere ne eius solidissime, lucissimæ
vermonū tuorū nebulas ut clarissimo Solis iubare fruile posse, vana
tibi persuasione presumeres: quid nam tibi cum Pastoris voce qui
iam Lupus dignosceris, an n̄ rapinam arbitraris nostrorū libi viscera
surripere testimonia? Vocat te Rom Pontifex vocat te Xpi Vicarius
vocat te Caput Ecclē, nihil adhuc cōmiseratur, vni nullā inten tat.

Tu ad vocantis vocem auditam, hinc omnia te abscondis, fuga fuge? Et fugis
tu Principi populi tui maledicis, te contumeliosus Semei in Regem tuum saxa
jactavit? Super hæc omnia Euangelicam tibi sententiam arrogare? erubescis?
Si vos persecuti sunt et me persequentur, sic tibi blandiris o Bernardine sic
bellè tibi ha[illegible] decantas? Si vos persecuti sunt et me persequentur, quasi non idem
liceat furibus, et homicidis, quasi Martyrem faciat pœna, non causa. Quid ad
Pseudos et piratas Dominus, quod ad Magnos Apostolos dictum fuit? Quid ad
Tyrannos et latrones quod ad humiles ac Religiosos Viros, quod ad fideles &
Ipse Clavis cœlum minus promulgavit oraculum? Si me persecuti sunt et vos perse-
quentur, Quis vos? vos discipulos meos, vos electos meos, vos imitatores meos,
vos Vicarios meos, vos Solidos Ecclesiæ meæ, vos persequentur, vos nisi
humiles, vos obedientes, vos Sanam doctrinam tenentes, vos à fortissima
Petra non recedentes. Sic de quibus veritas dixit, ecce de quibus bonus
Pastor prædixit qui me persequentur. Qui sic dixit non designavit, vos
Seductores, vos Apostatas, vos rebelles, vos ebrios, vos incestuosos, vos Sacrilegos,
vos Christianos Tyrannos, Vos qui mentis à prima Pontificibus per
secutionem patimini non propter justitiam sed propter scandala Vra propter injuria Vram
Vos igitur juste Ecclesiæ Virga percussit, vos justa sectatorum gladius obtruncat
vos juste pia medica manus à sano corpore rejecit, de quibus negatum dictum
est, et vos persequentur alioquin cavendum erit Christianis Tyrannis ne
sceleratum quempiam occidant, ne ea aliquem omnino sua sententia clemens
Impleantur fora sectatorum domus homicidis, vias latrocinijs, valeat lex Cornelia
dormiat Julia ne Euangelica cominatio obnoxij fiant, ne audiant cum Bernar-
dino acclamantes si me persecuti sunt, cavendum ergo erat Petro ne Dei cum
quidpiam moliretur in Ananiam et Saphyram, cavendum et Paulo ne Carnificium
in cestros Satanæ traderet in carnis interitum, ne Magistri sententia eis
objiceretur Si me persecuti sunt? Quas igitur carnificinas, quas objicis nubes
quas ad populum palleras, ut de te tuisq Sectatoribus credi velis, ad se non
dicta? Si me persecuti sunt. Ain? fortasse non minus te aliquid Magnis Apostolis
existimas? num ad signa tua rugiunt dæmones? num ad umbram tuam
sanantur infirmi ut vetita de te asseras dictum: si me persecuti sunt. Non

Te persequitur qui odit peccata, n' Dñs, q omnibus lactat ubera, quã nulli gremium claudit, n' persequi potest Ecclesiã ni te Christũ qui longè à Xpõ recessisti, n' te persequatur ambitio tua, n' te persequatur iniquitas tua, et nullũ habebis aduersantem, nullũ habebis persequentem. Sit una fides et erit una pax, sit una in Ecclesia confessio et erit una amicitiæ vãtũ. Tolle mitulos aureos, tolle excelsa, n' sint Roboam et Jeroboam Jerusalem et Samaria, sit unum ouile et unus Pastor, et simul tolles, si me persecuti sunt et vos persequentur.

Ad Stanislaum Hosium S. R. E. Cardinalem
Gistola unitus Cancellarius Varmiensis

Rndmo et Clarissimo Dño
salutem et felicitatem
et seruitia fidelia

Cognita ex lris Dñi Kutzborski voluntate Vrã Rndmã Dnãtionis ipsi scribã meo describere ex quadam institutione synodali ea quæ videntur reperiri posse aliquid in illis eiusmodi quod alig n' erit reijciendum Sed Rndmã Dnãtio quis hæc corrigeti aut quis correctores ipsos corrigeti Nam qui correctores aliorũ esse debent corrigi ipsi arte ãia deberent in quibus vitia sunt plus quam Etnica. Et quales sunt Xpiani, tales sunt eorum cooperarij, cleras uniuersus: de quibus longum esset scribere; Attamen paucis attigam. Et nr quidem an sit Xpus, an Satrapes an raptor, an is an alius: difficile dictu est Hoc certum est, quod est irreligiosus, Horas Canonicas n' orat, non Sacros Scriptores legit, n' verbum Dei audit, n' habet in Curia sua pium doctum Theologum nec Prædicatorem, ferme scribere vitas Regum Poloniæ, sed id exiliter tngm epitomata et ineptiter. In Curia eius

sunt Seruitores omnes prope Sacerdotem ocupantes, Sect, pennati, gladiati, Torquati
picti, colorati, plusquam Trabeati, fructum peccatorū propriet, nihil qm peccatis
seruientes: sed potentes, amantes, timentes, denum ignorantes: Hoc tali Clero Curia
eius referta est luxuriosissimo, Cahjarū parunum 30 ducatis ex Ecclesiastica pecunia
emunt. Ipse é Simo auarus, parcus, Ecclesiæ Sue nihil dat, absentat se per
rura, ne pauperibus mendicis aliquid det; deo talibus mentes: ut et terra non
aspiciat, et omnes prb se naufragiati et omnes fere Sominos optimates pertim
inimicos habeat: et Regem ipsum infestum sibi reddidit: adimit oppidanis et
villanis Sortes agros prata. Similiter Canuis Nris adimit agros, et abradit quid q
arelt. Præfecturas bonorum Cpalium arendat auaricimis lupis: qui pauperes Snes
deglubunt. Congregat pecuniam, et aseruat, ut si quid grauius regno impendeat,
cum ea fugiat.

Archiepiscopus Vartumnus

Nr tametsi se in omnes mutat formas, nil profecit tamen
Missas et predicat: sed insulse cum fastidio eluditorum, Elemosynas dare debet:
tamen nescio quomodo ingratus est ut semper fuit. Non est alienus ab Hæresi
licet occulte id agat, Principium illa in delitijs habet, eius spiritu Ecclesiam
vult in triduo reformare: attamen si non sic quantice agat, melior est Cpus
et flet lachrymas Crocodili.

Simonicus ille et Samaida Volsciæ, leprosus est: pro texta Cpus curando
commoratus sic est, cum paucis, abditus in delitijs, scilicet ut quam minimum
consumat, pro paupere, nil habet, nam exercitu Cpatus, et bello gerendo per
subordinatas personas non solum effudit quicquid contulerat, sed maximis de
bitis plus 30 millium involutus est. Comedit multum, dormit multum, missa
Deus non dixit: Sonus Canicas nunquam discit nec dicit, Diebus Natalitijs
Christi in Crziszgaw degebat: ad templum domo non exiuit et tametsi duæ
missæ legebantur coram uxore fratris, ipse tamen ex altera aula alterius
domus non exiuit, tametsi esset optime valens. Est bestialis homo, quid vis
Missa plane nescit, et cum Hæreticis consanguineis suis sese colligat et spiritu
eorum spirat, et ex eorū nutu pendet; inter quos duo sunt principes, Raphael
de Lezno uxoris eius, et Thiskowski Capitaneus Cracovien. fr amitalis. Hi duo
Cpi, rem Ecclesiasticam, et Jurisdictionem in posteritatis comitijs discutiari po

testati prodiderunt. Detinuit Regem ntis pauperes Actus plectinum. Discordia
erat inter eos, Nam Vesawski volens fratrem suum Archiepiscopum facere Marschalcum
Regni, cum Rege sese conjunxerat, et cum Nuncijs terrarū, ut bona regia mensa
rederentur regi ab his qui ea vel donata vel oppignorata tenent, Padniensis
contra, volens, ne sigillo privaretur: conjunxit sese cum Optimatibus, qui bona
regia possident, adversus Regem et cum retinendo sigillo adjuvarent contra clamorem plebis clamantis executionem fieri de sigillo ei adimendo, et Regem et plebem offendit nec optimatum gratiam acquisivit.
Volsaius vero instigabat Nuntios, et alios contra Padniensem, ut ex officio degradaretur, in qua re uti mala, malus non parum potuit. Et sic inter istos Epos pessimos tres pessima discordia inter tres status Ecclesiasticum peperit. Nam Volsaius nec ad Comitia nec ad Senatum vocatus venire voluit, Ur vero pro superbia sua ad Nuncios Cantasias agere, et illi imperare nitebatur. Gnesnen vero, sic offensus, quum res Ecclesiarum suarum defendenda erat, noluit ad Regem et Senatum venire, et sic Juris dictionem suam Epalem amiserunt.
Ad quam perdendā conferunt, Volsaius, Miskowski Vicecancellarius et Referendarius Carnkowski, Multissimi Epi actus inquisitiones iustitiam consequemur pro decimis si in foro Seculari pro eis agetur et sic concludemus: quod pro decimis ad forum Secularē Laicorum citent raptores, et sic raptores volunt literas et fundationes Sacerdotum, si in his de privilegijs sunt decimæ nominatim et expresse descriptæ, et sic male cum decimis parochiales annihilatæ sunt, similiter Canonicatus, Vicariæ, Altaria, prebendæ... Nemo Procuratorum nec vult nec audet dicere cāam pro Sacerdotibus contra Raptores parata sunt enim illis pericula et martes. Sic Polonia sive Turcia
Plocensis etiam Epus venerat ad Comitia et bona et possessionibus Sacerdotalibus quas per Ecclesiastica pecunia comparat Nepoti suo inscriptis ac donatis properè è Comitijs abijt et ne uno verbo rem

Ecclesiasticam junxit. Aderat Sarr[illegible] et Stanisrebski sed et ei nihil fecerunt pro Ecclea. Nam alter libebat alter frenos vendebat. Talibus Pontificibus Ecclesiae Graniae Quales meremur tales habemus Deos. Rex eis male dat, Papa pejus confirmat ignarus an Vesos an Asinos. Rex eis vendit Episcopatus, ut didicit a Roma quidam Sarus vendit, et sic sacra pecunia, in aurigas sui domi, Penes ut in meretrices effundit.

Sed et Canarij Epi. P. Hæreticus dedit 8 millia Regi et emit abeo Episcopatum Filius Domina credat Judæo Vt Roma quod apud nos in Polonia e magnus defectus pecunia.

Bonum esset, si fieri posset ut quis Rex nominat ad Episcopatus, eos ad se vocet Papa: et examinari curet eos diligenter de doctrina, et ea Capitalis Testimonium super vita, moribus, et conuersatione eorum accipiat, tum demum vero talem Nominatum qui meretur Papa vel suscipiat vel rejiciat.

Ad Regem etiam Papa vel scribat, vel per Legatum agat ut nisi viros dignos, probatos Papæ præsentet.

Papa esset movendus ut Regi nro et Epis nris det in mentibus suis ad Ecclea nominationes, Expectativas, Mandata. Nam hi vel seruitores, vel consanguineos, ne, quissimos, Laicos, pueros, libidinu suarum Ministros intruduntin Ecclesias. Et artissime ego in tra et in alijs Ecclesijs Cathedralibus, rarissimus e sane veldoctus vel Ho Devotus, ad predicandum quidem nec unus invenitur. Magistri nri et Collegiati tri Doctores, Baccalarij tri Sancti frigent et algent. n Int quod edeant, qu vestiantur, jacent in pulvere. Nullus Eorum vocat eos ad Ecclam suam, qui ubig vita sancta et eruditione ac doctrina possent multum fructum facere. Hos tu non img Predicatores in tra Cathedrali, sed predicant nunc hi nunc illi foraneis saniculi, ineptissime ut et Veteres fugiant e templo ab eorum Grunitibg. Et tu Sto Epus n curat: nam non vult constituere mercedem hu, nestam Predicatori, Decimas nro g Predicatore antiquitus constitutas, Hæretici rapiunt, Nos tu Canes sumus Stipp. Cures, Deum n timentes, nec verecundiæ ac malæ famæ perterremus, patranus nequissimorum Enum flagitia. Sunt enim inter nos ultra libidines, adulteria, Simonia, Usuræ.

Plebani etiam vitiosissimi sunt, plurimi sic Concubinarij degunt, cum mulieribg in stupris adulent Secularitur in curtis, sectis, pictis vestibus, gladiati, torquati pennati inca, dunt, habentes duas, tres plebanias male Clamorosa habentes. Quo sui

in Plebanijs habent unum aut alterum Sacrificulum Mendicum, mendicandi in
ptissimos: Vnde fit ut homines seculares conferant se ad Hæreticorũ Prædicato
res: et efficiantur Hæretici; Sed et ipsi et eorũ Archidiaconi nõ curant
nec Plebanos doctos et probos sed bicos et Ploperos ad Plebanias instituunt.
et talibus cooperarijs curam animarũ committunt. Nec mirũ qã nõ intelligunt
ijdem Epi. quid sit cura ãrum.

X Abbates, Abbates, Papates Diuersi, qui bibunt vitant honestanter
semper temulenti, ebrij. à vita proba sancta remotissimi, à religione
oratione, mentis in Deũ elevatione, à Dei speculatione, à contemplatione
alieni ac plane brutales. In claustris suis paucissimos habent
Monachos, nam malè eos alunt, superbè ac crudeliter in primis in eos
exercent et in sæpe delinent. Et tamen oês fructus omnes intratas in gula
et flagitijs absumunt,

Mogilensis Abbas in suo Monasterio nõ 8 vel quatuor Monachos et si
quando veniunt aliqui homines, ad Claustrum tum Aurigas et Agaso
nes monachalibus cappis induit, et inter Monachos ut numerosiores
appareant ipse ducit. Puer aliquot annorũ X
consecrari fecit in Sacerdotes. Idem et Hæreticus est quidã
is occultat, et cum Hæreticis sese colligat, et eos ad se, ad Monasterĩ
duxit, ministrat, lautè simè tractat, ebrius fecit ipse ebriosissimus
Habebat is Abbas penes se in Monasterio Fremã suã germanã sacer
dotem quem Priorem inter Monachos fecerat: is concubinã Fratris
sui Abbatis amabat, quam cõmunem ibi ipsis habebant Abbas rivalẽ
sunt fere non potuit, primùm clanculum eam tractabat, post cõegit
ut Monasterĩ abjiceret Sumpsit itaq; seruitium militare in acie equis
contra Moscos, et cum Pole Magistro Czykowski abijt. Ferunt nõ
nulli qõ Abbas sua cum pecunia expedivit ad Sanctã militiam, et
securius amet ageret sine rivali. Habet Rẽm S. Vrã confirmatam et
capitalem in eo S. Benedicti Abbatis. Sed Deus cum et respiceret
ad monens percussit fulmine templum eius in Mogila et exussit

Sed Me sic iuuet non conuertetur, oportet ut cum Christo ita curat, Papa castiget, abjiciat et ejiciat ad Diabolum &c.

Cracouienses etiam, Sczirimen, Andreouiensis, Prasecen, amant, potant, vita Epicuri agunt. Monachos non habent. Villas et Bona Monasteriorum et Abbatiarum alia vendiderunt alia commutarunt cum damno Monasterij, alia oppignorarunt ad unam, ad duas aut tres uitas hominibus secularibus potentibus. Idem faciunt Moniales S. Andree Sandecenses, Lubliuenses, quib ad gulam et amationes suas villas Monasteriorum suorum vendiderunt oppignorarunt, arendarunt talibus hominibus, à quibus coloni decipiuntur et à quibus bona hæc nunquam recuperabuntur. Et omittam alios multos libros Abbates commemorabo paucis de Abbate Trzemesnen homine ambitiosissimo, qui vendicis duabus optimis villis, aut quatuor, Regi Mo seruit in curia Cracouiensi Sandecz cadere coepit, ut natus Christum et negaturus Monasterium deseruit, sic hoc modo et cultus diuinus, et bona Monastica Abbatialia pereunt. Et apres Seniores secularis instant ac satagunt et omnino talia bona Monasteriorum administrantur potatoribus istis et Epicureis et non tendunt ad bonum publicum Regni et ad illius defensionem. Et ad talia Epi Nri non aduertunt quibus Deus ademit cogitationem et mentem sanam. Hæc talia Dei Nostra genuit ac peperit clum Abbatias per Comendas et dispensationes vendit nequissimis istis nebulonibus.

Cogitate igr et consulite quam modo his tanto malis medicinam afferatis. Sed forsitan, quia jam perfecte completa est malitia ultio et ruina Jerusalem Nemo est. Sic qui bene aliquid emineret: qui bene speret, qui nam ruinæ Religionis ac Regni in ore habeat. Et nulla emendatio, percussit nos Deus cæcitate mentis et in duriciem ut bene agere non possimus. Hæc apud nos agunter.

Decreta erant in Comitijs Petri cauien ausilia ex Regno Lithuaniæ in Moscos, Lithuani tamen sine scientia Regis inducias belli pacti fuerunt, ad diem Assumptionis Mariæ, sic iterum quia apud nos et tarde tributum in milites conferitur et militia nra tardius se illo expedit producetur sunt ad primam Nouembris pacimi nihilominus tm nra militia illuc vadit.

Victorinus Scriba regius Lithuanus, eo quod prodebat consilia Lithuanorum et Regis Dni Moscorum captus est, tortus, honore privatus, et pale impactus. Palatinum Vilnen eiusdem proditionis conscium et auctorem confessus coram Rege et Senatu nominauit

Dominus Centurio Regius in Lemonia Nauem cum Constabaris, cum pecunia Regis Suericorum in mari cepit, in qua militud Sweciuis in Liuonia stipendium submittebatur.

Hisce diebus Duces militum Germanicorum in Leuania qui Regis Duci Prussiæ ordinante militant, incepit arcem unam in Liuonia in qua captiuauit Ducem Mekelbergens. quem Rex tur Coadjutorem Archiepiscopatus Rigensis fecerat, et pecunia simul non pauca ea capta est.

In Moscia est magnus terror, ab auxilijs Polonicis et Moscis multi fugiunt ad Litbuanianos, Moscos aiunt suos, tribunis, expeditionibus, ac laboribus bellicis affectos atq; afflictos tædere. no Moscitici imperij. et sese Regi Pro facile dedituros si modo res diligenter agatur.

Valachi qui se libenter Despoto subjecerant nunc eius jugum excutere satagunt. Ducem Wisnie vicen Ducem sibi asciscunt, qui non parum jam exercitum constasse dicitur, et propè Valachiam et Laskius ille de Keszmarck Hieronymi filius, ex condicto juuare eum debet et seri ac sodie milites eius sine exeunt versus Valachiam Legatury ut alerius proficiscantur. Et Valachorum 700 potiores ex Valachia ad Duce Wisnowiczki profugerunt propter Despoti Suitiam qui plerosq ex Optimatibus truncauit et infinita dispendia exit et cæteris Valachis in mensa apposuit et qui comedere noluerunt eos uti Proditores ac Hostes necare nitebatur. Sed et Alexander ille Vayda exul ac profugus dr ad Valachiam cum exercitu redire per Valachos etiam vive dubio accersitus. Vereor ne hæc Valachia bellum nobis à Turca pariat.

Causæ illæ judiciariæ ad Regem et Comitia à multis annis peragi, pellationes deuolutæ, ex decretis Conuentus remissæ erant ad suos Palatinatus, et per officiales Palatinatuum sunt disjudicatæ, decisæ et absolutæ bene propalant præsertim: Nostri autem Ecclesiastici plerq perditi, et etiam ac persæpe Manu sunt damnificati et nobis et

530.

92. Nowiny Polskie i Litewskie — 1pk Papiéża Leona.
Polskie 73. 284 — 146 Spraw. Bitwy obrazów pod Kleb.
Rok 1548. 129

193 obszerne powołanie do Karola V
przez księcia Stan. Wł. Reinelta

Spraw bitwy 146.

171. Przysięga Karla 1548 wapno
228 Nowiny o wojnie Karola V.
275 o śmierci Karla Wasa Króla Polskiego
282 Władz Zygm. Augusta o zgonie ojca.
337 Mowa pogrzebowa Orzechowskiego
397 Kazanie mowa pogrzebowa scripta non dicta
451 Mow. pogrzebowa Maciejowskiego
522 Ciekawy list o Bartłomiejskiej Kazanego

187 Zwycięstwo Polskie
Mylny nieboga Wasza
o Albercie

275 jakby kilka ulotnych gazetek

Всех чертежей нумерованных листов
двадцать шесть (26).
Хр. Лопарев,
4 июня 1911.

Въ этой рукописи двадцать
шестнадцать (26) листовъ

VI/3/1900

Zbiory Ossolineum



XIX16
1547 | 1548
Латинская.
ОТД. IV N. 75